EUCLIDIS

ELEMENTA

GRAECE ET LATINE.

COMMENTARIIS INSTRUCTA

EDIDERUNT

IOANNES GUILELMUS CAMERER

ET

CAROLUS FRIDERICUS HAUBER.

BEROLINI

SUMTIBUS G. REIMERI

MDCCCXXV.

EUCLIDIS

ELEMENTORUM

LIBRI SEX PRIORES

GRAECE ET LATINE

COMMENTARIO E SCRIPTIS VETERUM AC RECENTIORUM MATHEMATICORUM ET PFLEIDERERI MAXIME ILLUSTRATI.

EDIDIT

JOANNES GUILELMUS CAMERER
GYMNASII STUTTGARDIANI RECTOR.

TOM. II. COMPLECTENS LIBR. IV—VI.

CUM VI. TABULIS.

BEROLINI
SUMTIBUS G. REIMERI
MDCCCXXV.

EUCLIDIS

ELEMENTORUM

LIBRI SEX PRIORES.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ

ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

ΟΡΟΙ.

α΄. Σχῆμα εὐθύγραμμον εἰς σχῆμα εὐθύγραμμον ἐγγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἑκάστη τῶν τοῦ ἐγγραφομένου σχήματος γωνιῶν ἑκάστης πλευρᾶς τοῦ εἰς ὃ ἐγγράφεται ἅπτηται.

β΄. Σχῆμα δὲ ὁμοίως περὶ σχῆμα περιγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἑκάστη πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου ἑκάστης γωνίας τοῦ περὶ ὃ περιγράφεται ἅπτηται.

γ΄. Σχῆμα δὲ εὐθύγραμμον εἰς κύκλον ἐγγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἑκάστη γωνία τοῦ ἐγγραφομένου ἅπτηται τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.

δ΄. Σχῆμα δὲ εὐθύγραμμον περὶ κύκλον περιγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἑκάστη πλευρὰ τοῦ περιγραφομένου ἐφάπτηται τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας [1]).

ε΄. Κύκλος δὲ εἰς σχῆμα ὁμοίως λέγεται ἐγγράφεσθαι, ὅταν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια ἑκάστης πλευρᾶς τοῦ εἰς ὃ ἐγγράφεται ἅπτηται [2]).

1) Ita rectius omnino cum Cod. a. legit Peyrardus. Priores editiones habebant: *ὅταν ἑκάστη πλευρὰ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας τοῦ περιγραφομένου ἐφάπτηται.*

2) Si vera sunt, quae e Rob. Simson. ad III. Def. 2. notavimus, hic legendum fuerit *ἐφάπτηται.*

EUCLIDIS
ELEMENTORUM
LIBER QUARTUS.

DEFINITIONES.

1. Figura rectilinea in figura rectilinea inscribi dicitur, quando unusquisque inscriptae figurae angulus tangit unumquodque latus eius, in qua inscribitur.

2. Figura autem similiter circa figuram circumscribi dicitur, quando unumquodque latus circumscriptae tangit unumquemque angulum eius, circa quam circumscribitur.

3. Figura vero rectilinea in circulo inscribi dicitur, quando unusquisque angulus circumscriptae tangit circuli circumferentiam.

4. Figura autem rectilinea circa circulum circumscribi dicitur, quando unumquodque latus circumscriptae contingit circuli circumferentiam.

5. Circulus vero in figura similiter dicitur inscribi, quando circuli circumferentia unumquodque latus eius, in qua inscribitur contingit.

DEFIN.

Obs. Campanus habet tantum duas primas huius libri definitiones. At illae ipsae nusquam adhibentur. Hinc duϛʹ. Κύκλος δὲ περὶ σχῆμα περιγράφεσθαι λέγεται, ὅταν ἡ τοῦ κύκλου περιφέρεια ἑκάστης γωνίας τοῦ περὶ ὃ περιγράφεται ἅπτηται.

ζʹ. Εὐθεῖα εἰς κύκλον ἐναρμόζεσθαι λέγεται, ὅταν τὰ πέρατα αὐτῆς ἐπὶ τῆς περιφερείας ᾖ τοῦ κύκλου.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ αʹ.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ, μὴ μείζονι οὔσῃ τῆς τοῦ κύκλου διαμέτρου, ἴσην εὐθεῖαν ἐναρμόσαι.

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύκλος ὁ ΑΒΓ, ἡ δὲ δοθεῖσα εὐθεῖα μὴ μείζων τῆς τοῦ κύκλου διαμέτρου ἡ Δ· δεῖ δὴ εἰς τὸν ΑΒΓ κύκλον τῇ Δ εὐθείᾳ ἴσην εὐθεῖαν ἐναρμόσαι.

Ἤχθω τοῦ ΑΒΓ κύκλου διάμετρος ἡ ΒΓ. Εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ τῇ Δ, γεγονὸς ἂν εἴη τὸ ἐπιταχθέν· ἐνήρμοσται γὰρ εἰς τὸν ΑΒΓ κύκλον τῇ

bium videri possit, annon serius adiectae fuerint ad analogiam sequentium.

PROPOSITIO I.

Obs. Quum punctum Γ in circumferentia pro lubitu sumi queat, patet, innumeris modis problema solvi posse, nisi nova adhuc determinatio accedat. Eiusmodi determinatio ea esse potest, si punctum Γ datum esse sumere velis. Verum, etiam hoc sumto, duplex tamen, quod et Commandinus monuit, solutio locum habebit: aeque enim ducta recta ΓΖ ad punctum Ζ, in quo circuli iterum sibi occurrunt, problemati satisfaciet, ac recta ΓΑ. Alia determinatio haec esse poterit, ut recta circulo inscribenda vel ipsa, vel producta, per datum punctum transeat, quod non sit in circuli circumferentia; vel ut illa parallela sit rectae positione datae. Et,

6. Circulus autem circa figuram circumscribi dicitur, quando circuli circumferentia unumquemque angulum ipsius, circa quam circumscribitur, tangit.

7. Recta in circulo aptari dicitur, quando termini eius in circumferentia sunt circuli.

PROPOSITIO I. (Fig. 283.)

In dato circulo datae rectae, quae non maior sit diametro circuli, aequalem rectam aptare.

Sit datus circulus $AB\Gamma$, data autem recta Δ non maior circuli diametro, oportet igitur in circulo $AB\Gamma$ rectae Δ aequalem rectam aptare.

Ducatur circuli $AB\Gamma$ diameter $B\Gamma$. Si quidem igitur $B\Gamma$ aequalis est Δ, factum erit propositum. Aptata est enim in circulo $AB\Gamma$, $B\Gamma$ rectae Δ ae-

si quidem illud postuletur, ut recta circulo dato inscribenda per datum punctum transeat, problema unum ex iis est, quae Pappo testante in Praefat. ad libr. VII. Collect. Math. Apollonius in libris περὶ νεύσεων tractavit. (Cf. Apollonii Pergaei Inclinat. Libri duo ed. Horsley Oxon. 1770. et: Die Bücher des Apollonius von Perga de Inclinationibus von Diesterweg Berlin. 1823). Et particulare illud problema facile solvetur sequentem in modum.

Anal. Puta factum, et Fig. 284. recta AB, quae aequalis sit rectae datae Δ diametro non maiori, inscripta sit circulo dato ABZ, eaque ipsa aut producta per datum punctum Γ transeat, quod non sit in circuli dati circumferentia. Et 1) quidem, si recta data sit aequalis diametro circuli, recta circulo inscribenda erit diameter per datum punctum ducta. Si autem non fuerit diameter, erit ex hyp. minor diametro, *Δ εὐθείᾳ ἴση ἡ ΒΓ. Εἰ δὲ οὐ μείζων ἐστὶν ἡ ΒΓ τῆς Δ, καὶ κείσθω* [1] *τῇ Δ ἴση ἡ ΓΕ, καὶ κέντρῳ μὲν τῷ Γ, διαστήματι δὲ τῷ ΓΕ κύκλος γεγράφθω ὁ ΑΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΑ.*

Ἐπεὶ οὖν τὸ Γ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΕΖ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΓΑ τῇ ΓΕ. Ἀλλὰ τῇ Δ ἡ ΓΕ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ Δ ἄρα τῇ ΓΑ ἐστὶν ἴση.

Εἰς ἄρα τὸν δοθέντα κύκλον τὸν ΑΒΓ, τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ [2], *μὴ μείζονι οὔσῃ τῆς τοῦ κύκλου διαμέτρου, ἴση ἐνήρμοσται ἡ ΓΑ. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.*

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον τῷ δοθέντι τριγώνῳ ἰσογώνιον τρίγωνον ἐγγράψαι.

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύκλος ὁ ΑΒΓ, τὸ δὲ δοθὲν τρίγωνον τὸ ΔΕΖ· δεῖ δὴ εἰς τὸν ΑΒΓ κύκλον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἰσογώνιον τρίγωνον ἐγγράψαι.

1) Peyrardus cum Cod. a legit: *εἰ δὲ μείζων ἐστὶν ἡ ΒΓ τῆς Δ, κείσθω.* Nos restituimus lectionem ed. Oxon.

2) Peyrardus cum Cod. a. omittit verba *μὴ μείζονι οὔσῃ τῆς τοῦ κύκλου διαμέτρου* et eorum loco ponit *τῇ Δ*: nos ista verba, quae necessariam omnino determinationem continent, restituimus.

adeoque extra centrum *E* transibit (III. 15.). Demissa igitur in eam e centro perpendicularis *EΘ* eam bisecabit (III. 3.), adeoque, ob datam *AB*, data erit dimidia *AΘ*, adeoque data erit, vel inveniri poterit in triangulo ad *Θ* rectangulo *AΘE*, in quo etiam *EA* datur, recta *EΘ* (I. 47. Cor. 20.) vel distantia, qua recta *AB* a centro *E* abest, vel, ut aliter dicamus, notum erit, in qua distantia a centro *E* situm esse debeat punctum *Θ*, nempe in circulo centro *E*, radio *EΘ* descripto. (Quod ipsum brevius e III. 15. Cor. derivari poterat.). Qui circulus si describatur, continget eum recta *AB* qualis. Sin minus, maior est $B\Gamma$ ipsa Δ, et ponatur ipsi Δ aequalis ΓE (I. 3.), et centro Γ, intervallo vero ΓE, circulus describatur AEZ (Post. 3.), et iungatur ΓA.

Quoniam igitur punctum Γ centrum est circuli AEZ, aequalis est ΓA ipsi ΓE. Sed ΓE ipsi Δ est aequalis; et Δ igitur ipsi ΓA est aequalis.

In dato igitur circulo $AB\Gamma$, datae rectae, quae non maior est diametro circuli, aequalis aptata est ΓA. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO II. (Fig. 285.)

In dato circulo inscribere triangulum aequiangulum dato triangulo.

Sit datus circulus $AB\Gamma$, datum vero triangulum ΔEZ; oportet in circulo $AB\Gamma$ triangulo ΔEZ aequiangulum triangulum inscribere.

in Θ (III. 16.), adeoque tota extra eum posita erit. Unde, ut recta AB transire possit per punctum datum Γ, necesse est, ut punctum Γ non sit intra circulum centro E, radio $E\Theta$, descriptum. Quodsi non fuerit, problema reductum est ad hoc: e puncto dato Γ, quod non sit intra circulum datum, ducere ad hunc circulum rectam, quae eum contingat, i. e. ad III. 17.

Compositio problematis itaque huc redit. Si recta data Δ aequalis sit diametro circuli dati, ducatur per punctum datum Γ diameter circuli. (Punctum nempe Γ a centro E diversum esse sumitur, quodsi non foret, quaevis diameter problemati satisfaceret.). Sin autem recta data minor sit diametro circuli dati, sumatur in circumferentia circuli punctum quodcunque H, et ex IV. 1. circulo inscribatur recta $HK = \Delta$, et, demisso in HK perpendiculo EI, centro E, radio EI, describatur circulus. Quodsi iam punctum datum Γ sit intra hunc circu-

Ἤχθω τοῦ ΑΒΓ κύκλου ἐφαπτομένη ἡ ΗΘ κατὰ τὸ Α, καὶ συνεστάτω πρὸς μὲν τῇ ΑΘ εὐθείᾳ καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Α τῇ ὑπὸ ΔΕΖ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΘΑΓ· πρὸς δὲ τῇ ΗΑ εὐθείᾳ καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Α τῇ ὑπὸ ΖΔΕ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΗΑΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ.

Ἐπεὶ οὖν κύκλου τοῦ ΑΒΓ ἐφάπτεταί τις εὐθεῖα ἡ ΘΑ, καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ Α ἐπαφῆς εἰς τὸν κύκλον διῆκται εὐθεῖα ἡ ΑΓ· ἡ ἄρα ὑπὸ ΘΑΓ ἴση ἐστὶ τῇ ἐν τῷ ἐναλλὰξ τοῦ κύκλου τμήματι γωνίᾳ, τῇ ὑπὸ ΑΒΓ. Ἀλλ' ἡ ὑπὸ ΘΑΓ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἐστὶν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΓ ἄρα γωνία τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἐστὶν ἴση. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΓΒ τῇ ὑπὸ ΖΔΕ ἐστὶν ἴση, καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΑΓ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΕΖΔ ἐστὶν ἴση· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ, καὶ ἐγγέγραπται εἰς τὸν ΑΒΓ κύκλον.

lum, problema solvi nequit. Si autem HK transeat per punctum Γ, factum erit, quod petebatur. Sin minus ex puncto Γ ducatur recta $A\Gamma B$ circulum interiorem contingens (III. 17. vel III. 16. Cor.) eritque illa $= HK$ (Obs. 4. ad III. 18.) $= \Delta$. Et patet ex III. 17. duas semper solutiones locum habere, excepto eo casu, quo punctum Γ est in circumferentia circuli interioris, qui non nisi unam solutionem admittit. Notari meretur, ad facillimum hoc et simplicissimum problema facile reduci posse alia magis composita v. c. problema, circulo dato inscribendi triangulum, cuius duo latera parallela sint duabus rectis positione datis, et cuius tertium latus transeat per datum punctum, vel generalius problema circulo dato inscribendi Polygonum quodcunque, quod imparem laterum numerum habeat, ita, ut eius latera omnia, uno excepto, sint parallela rectis positione datis, reliquum autem latus transeat per punctum datum, vel etiam, ut omni polygoni

Ducatur recta $H\Theta$ contingens circulum $AB\Gamma$ in A (III. 17.), et constituatur ad rectam $\Delta\Theta$ et ad punctum in ea angulo ΔEZ aequalis $\Theta A\Gamma$ (I. 23.); rursus, ad rectam HA et ad punctum in ea A angulo $Z\Delta E$ aequalis HAB, et iungatur $B\Gamma$.

Quoniam igitur circulum $AB\Gamma$ contingit aliqua recta ΘA, a contactu autem ad A in circulo ducta est recta $A\Gamma$, angulus $\Theta A\Gamma$ aequalis est angulo $AB\Gamma$ in alterno circuli segmento (III. 32.). Sed angulus $\Theta A\Gamma$ ipsi ΔEZ est aequalis; angulus igitur $AB\Gamma$ ipsi ΔEZ est aequalis. Ex eadem ratione et angulus $A\Gamma B$ ipsi $Z\Delta E$ est aequalis, et reliquus igitur $BA\Gamma$ reliquo $EZ\Delta$ est aequalis (I. 32.). Triangulum igitur $AB\Gamma$ aequiangulum est triangulo ΔEZ, et inscriptum est in circulo $AB\Gamma$.

latera transeant per puncta data, aliaque huius generis plura, quod primum ostendit Annibale Giordano di Ottaiano (Memorie di Fisica e di Math. della Societa Italiana T. IV.), et post eum eodem loco Malfatti. Cf. l'Huilier Elémens d'Analyse Géométrique et d'Analyse Algébraique §. 146. sqq. Klügel. Wörterb. T. III. p. 155. Meier. Hirsch. Samml. geom. Aufg. I. Th. §. 150. sqq. Carnot. Géom. de Position. Transeamus iam ad aliud, de quo ante diximus, problema. Inscribenda nempe sit circulo dato recta AB aequalis rectae datae Δ, quae non maior esse ponitur, quam circuli diameter, ita, ut recta AB simul parallela sit rectae positione datae. Praetermisso eo casu, quo recta data Δ aequalis est diametro, ostendetur, ut in problemate praecedente, rectam AB esse contingentem circuli ex eodem centro cum circulo dato descripti: cuius radii quadratum aequale sit differentiae quadrati radii circuli dati, et quadrati dimidiae rectae Δ. Quum itaque

Εἰς τὸν δοθέντα ἄρα κύκλον τῷ δοθέντι τριγώνῳ ἰσογώνιον τρίγωνον ἐγγέγραπται. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

Περὶ τὸν δοθέντα κύκλον τῷ δοθέντι τριγώνῳ ἰσογώνιον τρίγωνον περιγράψαι.

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύκλος ὁ ΑΒΓ, τὸ δὲ δοθὲν τρίγωνον τὸ ΔΕΖ· δεῖ δὴ περὶ τὸν ΑΒΓ κύκλον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ ἰσογώνιον τρίγωνον περιγράψαι.

Ἐκβεβλήσθω ἡ ΕΖ ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη κατὰ τὰ Η, Θ σημεῖα, καὶ εἰλήφθω τοῦ ΑΒΓ κύκλου κέντρον τὸ Κ, καὶ διήχθω ὡς ἔτυχεν εὐθεῖα ἡ ΚΒ, καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΚΒ εὐθείᾳ καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Κ τῇ μὲν ὑπὸ ΔΕΗ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΒΚΑ, τῇ δὲ ὑπὸ ΔΖΘ ἴση ἡ ὑπὸ ΒΚΓ, καὶ διὰ τῶν Α, Β, Γ σημείων ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι τοῦ ΑΒΓ κύκλου αἱ ΛΑΜ, ΜΒΝ, ΝΓΛ.

Καὶ ἐπεὶ ἐφάπτονται τοῦ ΑΒΓ κύκλου αἱ ΛΜ, ΜΝ, ΝΛ κατὰ τὰ Α, Β, Γ, ἀπὸ δὲ τοῦ Κ κέντρου ἐπὶ τὰ Α, Β, Γ 1) *σημεῖα ἐπιζευγνύμεναί εἰσιν αἱ ΚΑ, ΚΒ, ΚΓ· ὀρθαὶ ἄρα εἰσὶν αἱ πρὸς τοῖς Α,*

1) Verba: *ἀπὸ δὲ τοῦ Κ κέντρου ἐπὶ τὰ Α, Β, Γ*, quae cum Cod. a. omittit Peyrardus, ex antiq. ed. restituimus, quod magis determináte exprimunt, rectas *ex centro* ductas esse.

hic circulus eodem ac ante modo describi possit, problema redit ad id, de quo Obs. 5. ad III. 17. diximus. Aliam et faciliorem huius problematis solutionem tradunt Commandinus et ex eo Clavius. Nempe ducta diametro rectae positione datae parallela, abscindantur in ea e centro ex utraque parte segmenta aequalia dimidiae rectae Δ, atque ex horum extremitatibus erigantur ad diametrum perpendicula, quae *inter se* comprehendent segmenta circuli, quorum singulae chordae

In dato igitur circulo triangulum dato triangulo aequiangulum descriptum est. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO III. (Fig. 286.)

Circa datum circulum dato triangulo aequiangulum triangulum circumscribere.

Sit datus circulus $AB\Gamma$, datum autem triangulum ΔEZ; oportet circa $AB\Gamma$ circulum triangulo ΔEZ aequiangulum triangulum circumscribere.

Producatur EZ ex utraque parte ad H, Θ puncta, et sumatur centrum K circuli $AB\Gamma$ (III. 1.), et ducatur utcunque recta KB, et constituatur ad KB rectam et ad punctum in ea K angulo ΔEH aequalis BKA, angulo vero $\Delta Z\Theta$ aequalis $BK\Gamma$ (I. 23.) et per puncta A, B, Γ ducantur rectae ΛAM, MBN, $N\Gamma\Lambda$ circulum $AB\Gamma$ contingentes.

Et quoniam contingunt circulum $AB\Gamma$ rectae ΛM, MN, $N\Lambda$ in punctis A, B, Γ, ex centro K autem ad puncta A, B, Γ ductae sunt KA, KB, $K\Gamma$, recti sunt anguli ad puncta A, B, Γ (III. 18.). Et

propositum efficient. Caeterum (ope III. 20.) ad hoc problema facile reducitur illud: circulo dato inscribere triangulum, cuius singula latera parallela sint rectis positione datis, quae omnes se intersecant.

PROPOSITIO II.

Obs. In hoc quoque problemate punctum A in circumferentia pro lubitu sumi, aut datum esse, aut nova aliqua alia conditio accedere potest. Praeterea, etiam si punctum A datum sit, triangulum circulo inscribendum sex diversis modis in circulo poni poterit. Nempe angulus $\Theta A\Gamma$ cuilibet angulorum E, Δ, Z aequalis fieri potest, quo ipso iam tres

Β, Γ σημείοις γωνίαι. Καὶ ἐπεὶ τοῦ ΑΜΒΚ τετραπλεύρου αἱ τέσσαρες γωνίαι τέτρασιν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσὶν, ἐπειδήπερ καὶ εἰς δύο τρίγωνα διαιρεῖται τὸ ΑΜΒΚ, καί εἰσιν ὀρθαὶ αἱ ὑπὸ ΜΑΚ, ΚΒΜ γωνίαι· λοιπαὶ ἄρα αἱ ὑπὸ ΑΚΒ, ΑΜΒ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσίν. Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ὑπὸ ΔΕΗ, ΔΕΖ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· αἱ ἄρα ὑπὸ ΑΚΒ, ΑΜΒ ταῖς ὑπὸ ΔΕΗ, ΔΕΖ ἴσαι εἰσὶν, ὧν ἡ ὑπὸ ΑΚΒ τῇ ὑπὸ ΔΕΗ ἐστὶν ἴση· λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΜΒ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΔΕΖ ἐστὶν ἴση. Ὁμοίως δὴ δειχθήσεται ὅτι καὶ ἡ ὑπὸ ΑΝΜ τῇ ὑπὸ ΔΖΕ ἐστὶν ἴση· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΜΑΝ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΕΔΖ ἐστὶν ἴση. Ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΜΝ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ, καὶ περιγέγραπται περὶ τὸν ΑΒΓ κύκλον.

Περὶ τὸν δοθέντα ἄρα κύκλον τῷ δοθέντι τριγώνῳ ἰσογώνιον τρίγωνον περιγέγραπται. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ.

Εἰς τὸ δοθὲν τρίγωνον κύκλον ἐγγράψαι.

Ἔστω τὸ δοθὲν τρίγωνον τὸ ΑΒΓ· δεῖ δὴ εἰς τὸ ΑΒΓ τρίγωνον κύκλον ἐγγράψαι.

modi trianguli constituendi efficiuntur. Deinde, cuicunque angulorum E, Δ, Z angulum $\Theta A \Gamma$ aequalem facias, duo reliqui adhuc anguli locum inter se mutare possunt, quo itaque sex omnino modi prodeunt. Magnitudo tamen laterum trianguli semper eadem est, quamvis variari possit eorum positio. Facile etiam patet, reduci hoc problema posse (ut a Borellio factum est) ad Prop. III. 34. adeoque etiam ad alteram, quae ibi allata est, solutionem, vel eam quoque, quam tum habuimus, conditionem admittere.

Cor. Nominatim itaque circulo dato triangulum aequiquoniam quadrilateri $AMBK$ quatuor anguli quatuor rectis aequales sunt (I. 32.), quippe in duo triangula dividitur $AMBK$, et sunt recti anguli MAK, KBM; reliqui igitur AKB, AMB duobus rectis aequales sunt; sunt autem et ΔEH, ΔEZ duobus rectis aequales (I. 13.); anguli igitur AKB, AMB angulis ΔEH, ΔEZ aequales sunt, quorum AKB ipsi ΔEH est aequalis; reliquus igitur AMB reliquo ΔEZ est aequalis. Similiter ostendetur et angulum ANM ipsi ΔZE esse aequalem; et reliquus igitur MAN reliquo $E\Delta Z$ est aequalis. Triangulum igitur AMN aequiangulum est triangulo ΔEZ, et circumscribitur circum $AB\Gamma$ circulum.

Circa datum igitur circulum dato triangulo aequiangulum triangulum circumscriptum est. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO IV. (Fig. 287.)

In dato triangulo circulum inscribere.

Sit datum triangulum $A\Gamma B$; oportet in triangulo $AB\Gamma$ circulum inscribere.

angulum, adeoque (I. 6.) aequilaterum inscribetur ope I 1. quod ipsum fieri posse in IV. 16. sumitur.

PROPOSITIO III.

Obs. Similes hic observationes locum habent ac in praecedente. Nempe punctum B pro lubitu, ὡς ἔτυχε, in circumferentia sumi aut etiam datum esse, aut quacunque alia ratione determinari potest. Deinde etiam determinato puncto B sex variis modis trianguli AMN *situs* variari potest, quamvis magnitudo laterum non varietur. Praeterea iure quidem

Τετμήσθωσαν αἱ ὑπὸ ΑΒΓ, ΑΓΒ γωνίαι δίχα ταῖς ΒΔ, ΓΔ εὐθείαις, καὶ συμβαλλέτωσαν ἀλλήλαις κατὰ τὸ Δ σημεῖον, καὶ ἤχθωσαν ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὰς ΑΒ, ΒΓ, ΓΑ εὐθείας κάθετοι αἱ ΔΕ, ΔΖ, ΔΗ.

Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΒΔ γωνία τῇ ὑπὸ ΔΒΓ, ἐστὶ δὲ καὶ ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΒΕΔ ὀρθῇ τῇ ὑπὸ ΒΖΔ ἴση, δύο δὴ τρίγωνά ἐστι τὰ ΕΒΔ, ΖΒΔ, τὰς δύο γωνίας ταῖς δυσὶ γωνίαις ἴσας ἔχοντα, καὶ μίαν πλευρὰν μιᾷ πλευρᾷ ἴσην, τὴν ὑποτείνουσαν ὑπὸ μίαν τῶν ἴσων γωνιῶν, κοινὴν αὐτῶν τὴν ΒΔ, καὶ τὰς λοιπὰς ἄρα πλευρὰς ταῖς λοιπαῖς πλευραῖς ἴσας ἕξουσιν· ἴση ἄρα ἡ ΔΕ τῇ ΔΖ. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΔΗ τῇ ΔΖ ἐστὶν ἴση. Αἱ τρεῖς ἄρα εὐθεῖαι αἱ ΔΕ, ΔΖ, ΔΗ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· ὁ ἄρα κέντρῳ τῷ Δ, καὶ διαστήματι ἑνὶ τῶν ΔΕ, ΔΖ, ΔΗ κύκλος γραφόμενος ἥξει καὶ διὰ τῶν λοιπῶν σημείων, καὶ ἐφάψεται τῶν ΑΒ, ΒΓ, ΓΑ εὐθειῶν, διὰ τὸ ὀρθὰς εἶναι τὰς πρὸς τοῖς Ε, Ζ, Η σημείοις γωνίας. Εἰ γὰρ τεμεῖ αὐτὰς, ἔσται ἡ τῇ διαμέτρῳ τοῦ κύκλου πρὸς ὀρθὰς ἀπ' ἄκρας ἀγομένη ἐντὸς πίπτουσα τοῦ κύκλου, ὅπερ ἄτοπον ἐδείχθη· οὐκ ἄρα ὁ κέντρῳ Δ, διαστήματι δὲ ἑνὶ τῶν ΔΕ, ΔΖ, ΔΗ γραφόμενος

observat Austin., demonstrari oportere, contingentes *AM*, *BN*, *ΓΑ* inter se convenire, quod facillimum est, ducta v. c. recta *AB*, quae tum, quum anguli *KAM*, *KBN* recti sint, summam angulorum *MAB*, *MBA* duobus rectis minorem efficiet, unde res consequitur ope 11. axiom. vel I. Post. 5., verum eandem demonstrationem iam dederat Tacquet. Denique notandum Peletarium et Borellium aliam adhuc huius problematis solutionem exhibere, in qua, ope praecedentis propositionis primum circulo triangulum dato aequiangulum inscribitur, et deinde ope problem. in Obs. 5. ad III. 17.

Secentur $AB\Gamma$, $A\Gamma B$ anguli bifariam a rectis $B\Delta$, $\Gamma\Delta$ (I. 9.), et conveniant inter se in puncto Δ, et ducantur a Δ ad AB, $B\Gamma$, ΓA rectae perpendiculares ΔE, ΔZ, ΔH (I. 12.).

Et quoniam aequalis est angulus $AB\Delta$ angulo $\Delta B\Gamma$, est autem et rectus $BE\Delta$ recto $BZ\Delta$ aequalis; duo igitur sunt triangula $EB\Delta$, $ZB\Delta$, duos angulos duobus angulis aequales habentia, et unum latus uni lateri aequale, et utrique commune $B\Delta$, quod uni aequalium angulorum subtenditur; ergo et reliqua latera reliquis lateribus aequalia habebunt (I. 26.); aequalis igitur ΔE ipsi ΔZ. Ex eadem ratione et ΔH ipsi ΔZ est aequalis. Tres igitur rectae ΔE, ΔZ, ΔH aequales inter se sunt; ergo centro Δ, et intervallo una ipsarum ΔE, ΔZ, ΔH circulus descriptus transibit et per reliqua puncta, et continget AB, $B\Gamma$, ΓA rectas, propterea quod recti sunt ad E, Z, H puncta anguli. Si enim secet ipsas, recta diametro circuli ad rectos angulos ab extremitate ducta intra ipsum cadet circulum, quod absurdum ostensum est (III. 16.); circulus igitur centro Δ, intervallo autem una ipsarum ΔE, ΔZ, ΔH descriptus non secat rectas AB,

rectae inscripti huius trianguli lateribus parallelae circulum contingentes ducuntur. Caeterum de simili problemate generaliore vide infra ad IV. 7. Obs. 2.

PROPOSITIO IV.

Obs. 1. Analysis huius problematis ita institui potest. Quum centrum circuli esse debeat ex III. 17. Obs. 1. in recta, quae angulum $AB\Gamma$ bifariam dividit, dividat eum bifariam recta $B\Delta$, eritque in $B\Delta$ centrum circuli (vel, ut aliter geometrarum more dicamus, erit recta $B\Delta$ locus centri circuli κύκλος τέμνει τὰς AB, $B\Gamma$, ΓA εὐθείας· ἐφάψεται ἄρα αὐτῶν καὶ ἔσται κύκλος ἐγγεγραμμένος εἰς τὸ $AB\Gamma$ τρίγωνον. Ἐγγεγράφθω ὡς ZEH [1]).

Εἰς ἄρα τὸ δοθὲν τρίγωνον τὸ $AB\Gamma$ κύκλος ἐγγέγραπται ὁ EZH. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ έ.

Περὶ τὸ δοθὲν τρίγωνον κύκλον περιγράψαι.

Ἔστω τὸ δοθὲν τρίγωνον τὸ $AB\Gamma$· δεῖ δὴ περὶ τὸ δοθὲν τρίγωνον τὸ $AB\Gamma$ κύκλον περιγράψαι.

Τετμήσθωσαν αἱ AB, $A\Gamma$ εὐθεῖαι δίχα κατὰ τὰ Δ, E σημεῖα, καὶ ἀπὸ τῶν Δ, E σημείων ταῖς AB, $A\Gamma$ πρὸς ὀρθὰς ἤχθωσαν αἱ ΔZ, ZE· συμπεσοῦνται δὲ ἤτοι ἐντὸς τοῦ $AB\Gamma$ τριγώνου, ἢ ἐπὶ τῆς $B\Gamma$ εὐθείας, ἢ ἐκτὸς τῆς $B\Gamma$.

1) Verba: Ἐγγεγράφθω ὡς ZEH, quae in edd. Oxon. te Basil. omissa sunt, recte omnino e Cod. a restituit Peyrardus. Pariter certe in Prop. 5. 9. 13. 14. ad finem similia verba adiecta legimus. Eadem tamen ad finem Prop. 8. desunt.

describendi). Eodem modo, quum id centrum esse debeat in recta, quae angulum $A\Gamma B$ bifariam dividit, dividat eum bifariam recta $\Gamma\Delta$, eritque in recta $\Gamma\Delta$ centrum circuli. Erit itaque in concursu utriusque rectae. Rectas autem $B\Delta$, $\Gamma\Delta$ necessario concurrere, facile patet. Quum enim anguli $AB\Gamma$ $A\Gamma B$ simul minores sint duobus rectis (I. 17.), multo magis anguli $\Delta B\Gamma$, $\Delta\Gamma B$ simul (quippe dimidii priorum) minores erunt duobus rectis, adeoque rectae $B\Delta$, $\Gamma\Delta$ convenient (Ax. 11. vel I. Post. 5.).

Obs. 2. Cor. 1. Quum etiam rectae AE, AH circulum contingant, recta quoque $A\Delta$, quae angulum $BA\Gamma$ bifariam dividit, in eodem puncto Δ, centro circuli, conveniet (III. 17. Obs. 1.). Itaque tres rectae, quae angulos trianguli alicuius bifariam secant, in eodem intra ipsum puncto conve-

$B\Gamma$, ΓA; contingit igitur ipsas, et erit circulus descriptus in triangulo $AB\Gamma$ (IV. Def. 5.). Inscribatur ut ZHE.

In dato igitur triangulo $AB\Gamma$ circulus inscriptus est EZH. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO V. (Fig. 290.)

Circa datum triangulum circulum circumscribere.

Sit datum triangulum $AB\Gamma$; oportet circa datum triangulum $AB\Gamma$ circulum circumscribere.

Secentur AB, $A\Gamma$ rectae bifariam in Δ, E punctis (I. 10.), et punctis Δ, E ipsis AB, $A\Gamma$ ad rectos angulos ducantur ΔZ, ZE (I. 11.). Convenient autem vel intra triangulum $AB\Gamma$, vel in recta $B\Gamma$, vel extra $B\Gamma$.

niunt. Et vice versa: Recta, quae ex puncto Δ, in quo conveniunt rectae, quae duos angulos B et Γ trianguli bisecant, ad tertium angulum ducitur, hunc quoque bisecat (Obs. 2. ad I. 26. Cas. 5.). Cf. Pfleiderer., e cuius annotationibus partim manuscriptis, etiam in hoc libro plura hausimus, Schol. in VI. Elem. P. I. §§. 41. 42. Caeterum ipsam propositionem IV. 4. Euclides ex absurdo demonstrat, Rob. Simson. paulo brevius directe. Neque vero cum Matthias (Auszug aus Rob. Simsons Uebersetzung) dixerim, verba εἰ γὰρ τεμεῖ αὐτὰς κ. τ. λ. usque ad finem demonstrationis manifesto otiosum esse additamentum. Ad *indirectam* demonstrationem omnino necessaria sunt.

Obs. 3. Cor. 2. Et, quae a puncto, in quo tres rectae conveniunt, quae angulos alicuius trianguli bisecant, ad latera eius trianguli demittuntur, sunt inter se aequalia.

Obs. 4. Cor. 3. Et, quum sit $AE = AH$, et $\Gamma Z = \Gamma H$ (III. 17. Obs. 5.), erit itaque $BZ + BE$, vel, quod eodem redit, $2BE$ excessus, quo summa duorum laterum BA, $B\Gamma$

Συμπιπτέτωσαν οὖν πρότερον ἐντὸς κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΒ, ΖΓ, ΖΑ. Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΒΔ, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΔΖ· βάσις ἄρα ἡ ΑΖ βάσει τῇ ΖΒ ἐστὶν ἴση. Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ἡ ΓΖ τῇ ΑΖ ἐστὶν ἴση, ὥστε καὶ ἡ ΖΒ τῇ ΖΓ ἐστὶν ἴση· αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΖΑ, ΖΒ, ΖΓ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. Ὁ ἄρα κέντρῳ τῷ Ζ, διαστήματι δὲ ἐνὶ τῶν ΖΑ, ΖΒ, ΖΓ κύκλος γραφόμενος ἥξει καὶ διὰ τῶν λοιπῶν σημείων, καὶ ἔσται περιγεγραμμένος ὁ κύκλος περὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον. Περιγραφέσθω ὡς ὁ ΑΒΓ.

Ἀλλὰ δὴ αἱ ΔΖ, ΕΖ συμπιπτέτωσαν ἐπὶ τῆς ΒΓ εὐθείας κατὰ τὸ Ζ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς δευτέρας καταγραφῆς, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ. Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι τὸ Ζ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ περὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον περιγραφομένου κύκλου.

Ἀλλὰ δὴ αἱ ΔΖ, ΕΖ συμπιπτέτωσαν ἐκτὸς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, κατὰ τὸ Ζ πάλιν, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς τρίτης καταγραφῆς, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΖ, ΒΖ, ΓΖ. Καὶ ἐπεὶ πάλιν ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ τῇ ΔΒ, κοινὴ

superat tertium *ΑΓ*, quo ipso propius determinatur I. 20. Hanc observationem Clavius ad Ioann. Baptistam Benedictum refert.

Obs. 5. Facile patet, eadem ratione solvi problema generalius, quo iubetur circulus describi, qui contingat tres rectas positione datas, (quae non omnes tres inter se sunt parallelae. Erunt enim vel a) (Fig. 288.) duae rectarum positione datarum *ΑΒ*, *ΓΔ* parallelae, et secabuntur a tertia *ΑΓ* in punctis *Α*, *Γ*, et tum eodem modo ostendetur, si anguli *ΓΑΒ*, *ΑΓΔ* bifariam secentur rectis *ΓΕ*, *ΑΕ*, has rectas in puncto aliquo *Ε* convenire, et demissa ex *Ε* in rectas perpendicula *ΕΖ*, *ΕΘ*, *ΕΗ* esse inter se aequalia, adeoque cir-

Conveniant igitur primum intus in Z, et iungantur ZB, $Z\Gamma$, ZA. Et quoniam $A\Delta$ aequalis est $B\Delta$, communis autem et ad rectos angulos ΔZ; basis igitur AZ basi ZB est aequalis (I. 4.). Similiter ostendemus et rectam ΓZ rectae AZ esse aequalem, quare et ZB aequalis est $Z\Gamma$; tres igitur ZA, ZB, $Z\Gamma$ aequales inter se sunt. Ergo circulus centro Z, intervallo autem una ipsarum ZA, ZB, $Z\Gamma$ descriptus transibit et per reliqua puncta, et erit circulus circumscriptus (IV. Def. 6.) circa $AB\Gamma$ triangulum. Circumscribatur ut $AB\Gamma$.

Sed ΔZ, EZ conveniant in recta $B\Gamma$ in Z, ut in secunda figura, et iungatur AZ. Similiter ostendemus punctum Z centrum esse circuli circa $AB\Gamma$ triangulum circumscripti.

Sed ΔZ, EZ conveniant extra triangulum $AB\Gamma$, rursus in Z, ut in tertia figura, et iungantur AZ, BZ, ΓZ. Et quoniam rursus $A\Delta$ aequalis est ΔB, communis autem et ad rectos angulos ΔZ; basis igi-

culum centro E, radio EZ descriptum tres rectas in Z, Θ, H contingere. Et eodem modo etiam ex altera rectae AE parte invenietur circulus, qui propositum efficiet. Aliter, ducto ad utramque rectarum parallelarum perpendiculo quocunque ZH, eoque in E bifariam diviso, ac per E ducta recta $E\iota$ parallela rectis AB, $\Gamma\Delta$, ostendetur, in hac parallela esse centra describendorum circulorum. Vel (Fig. 289. b) nulla rectarum positione datarum parallela erit alteri. Omnes igitur tres AB, $B\Gamma$, $A\Gamma$ inter se convenient, vel triangulum $AB\Gamma$ efficient, adeoque problema idem erit, quod nostrum IV. 4. et invenietur centrum Δ circuli intra triangulum describendi, qui tres rectas AB, $B\Gamma$, $A\Gamma$ contingat.

δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΔΖ· βάσις ἄρα ἡ ΑΖ βάσει τῇ ΖΒ ἐστὶν ἴση. Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ἡ ΖΓ τῇ ΖΑ ἐστὶν ἴση, ὥστε καὶ ἡ ΖΒ τῇ ΖΓ ἐστὶν ἴση, ὁ ἄρα πάλιν κέντρῳ τῷ Ζ, διαστήματι δὲ ἑνὶ τῶν ΖΑ, ΖΒ, ΖΓ κύκλος γραφόμενος ἥξει καὶ διὰ τῶν λοιπῶν σημείων, καὶ ἔσται περιγραφόμενος περὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον. Καὶ γεγράφθω ὡς ΑΒΓ.

Περὶ τὸ δοθὲν ἄρα τρίγωνον κύκλος περιγέγραπται. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΟΡΙΣΜΑ.

Καὶ φανερὸν ὅτι, ὅτε μὲν ἐντὸς τοῦ τριγώνου πίπτει τὸ κέντρον τοῦ κύκλου, ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία, ἐν μείζονι τμήματι τοῦ ἡμικυκλίου τυγχάνουσα, ἐλάττων ἐστὶν ὀρθῆς· ὅτε δὲ ἐπὶ τῆς ΒΓ εὐθείας τὸ κέντρον πίπτει, ἡ ὑπὸ ΒΑΓ γωνία ἐν ἡμικυκλίῳ τυγχάνουσα ὀρθή ἐστιν· ὅτε δὲ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου ἐκτὸς τριγώνου πίπτει [1]), ἡ ὑπὸ ΒΑΓ, ἐν ἐλάττονι

1) Ita sane rectius Peyrardus ex Cod. a habet, quam vulgata lectio: ὅταν ἐκτὸς τῆς ΒΓ εὐθείας τὸ κέντρον πίπτει. Caeterum iam Gregorius in versione latina veram lectionem expressit.

Facile autem patet, eodem modo intra spatia ΚΒΓΘ, ΛΒΑΝ, ΜΓΑΟ describi posse circulos, qui rectas ΑΒ, ΒΓ, ΑΓ extra triangulum ΑΒΓ contingant. Nolumus huic problemati, quod unum ex iis est, quae Apollonius in libris de Tactionibus tractavit, plenius evolvendo insistere. Plura scitu digna, quae ad illud pertinent, et ex hac constructione derivari possunt, congessit Pfleiderer, Ebene Trigonometrie Tüb. 1802. Ita v. c. facile patet, esse $Aε = Aη = \frac{AB + AΓ + BΓ}{2}$, pariter ac in Obs. 4. vidimus esse $AE = \frac{AB + AΓ - BΓ}{2}$, et angulum $ABδ$ esse rectum etc.

tur AZ basi ZB est aequalis (I. 4.). Similiter ostendemus et $Z\Gamma$ aequalem esse ZA, quare et ZB aequalis est $Z\Gamma$; ergo rursus circulus centro Z, intervallo autem una ipsarum ZA, ZB, $Z\Gamma$ descriptus transibit per reliqua puncta, et erit circa triangulum $AB\Gamma$ circumscriptus. Describatur igitur ut $AB\Gamma$.

Circa datum igitur triangulum circulus circumscriptus est. Quod oportebat facere.

COROLLARIUM.

Et manifestum est, quod si centrum circuli intra triangulum cadit, angulus $BA\Gamma$, in segmento maiore quam semicirculo positus, minor sit recto; si autem centrum in rectam $B\Gamma$ cadit, angulus $BA\Gamma$, in semicirculo positus, rectus sit; si vero centrum circuli extra triangulum cadit, angulus $BA\Gamma$, in segmento minore quam semicirculo, maior sit recto.

PROPOSITIO V.

Obs. 1. Rob. Simson. putat, demonstrationem huius propositionis ab aliquo vitiatam esse, non enim ostendere, rectas, quae latera trianguli bifariam et ad angulos rectos secant, inter se convenire, et inepte dividere propositionem in tres casus, cum una eademque demonstratio omnibus inserviat, ut iam Campanus observarit. Et illud quidem, rectas, quae ex Δ et E ad angulos rectos lateribus ducuntur, inter se convenire, facile, ut est apud Campanum, probatur, ducta recta ΔE, unde res eodem modo ex Ax. 11. vel I. Post. 5. patet, ac in IV. 3. de rectis circulum contingentibus. Quod autem rectae ΓZ, EZ nec in unam lineam coincidere possint, inde patet, quod si id fieret, rectae AB, $A\Gamma$ forent inter se parallelae (I. 28.), quod est contra hypothesin. Rob. Simson. rectas ΔZ, EZ convenire inde probat, quod si non conveniτμήματι τοῦ ἡμικυκλίου τυγχάνουσα, μείζων ἐστὶν ὀρθῆς. Ὥςτε καὶ ὅταν ἐλάττων ὀρθῆς τυγχάνῃ ἡ διδομένη γωνία, ἐντὸς τοῦ τριγώνου συμπεσοῦνται αἱ ΔΖ, ΕΖ· ὅταν δὲ ὀρθή, ἐπὶ τῆς ΒΓ· ὅταν δὲ μείζων ὀρθῆς, ἐκτὸς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου [1]).

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ς'.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον τετράγωνον ἐγγράψαι.

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύκλος ὁ ΑΒΓΔ· δεῖ δὴ εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον τετράγωνον ἐγγράψαι.

Ἤχθωσαν τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου δύο διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΑΓ, ΒΔ· καὶ ἐπεζεύχθω αἱ ΑΒ, ΒΓ, ΓΔ, ΔΑ.

1) Ἐκτὸς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ex coniectura, quam iam versiones Campani, Clavii, Gregorii, Rob. Simsonis aliorumque habent, posuimus pro vulgata omnium editionum (in Paris. ex sphalmate typographico est ἐντὸς pro ἐκτὸς) ἐκτὸς τῆς ΒΓ.

rent parallelae forent; at si parallelae forent *ΔΖ*, *ΕΖ*, parallelae quoque forent *ΑΒ*, *ΑΓ*, qui iis sunt ad angulos rectos. Hanc demonstrationem reprehendit Matthias Auszug aus Rob. Sims. Uebersetzung et Austin., quod propositio illa, rectas, quae perpendiculares sint ad duas parallelas, ipsas etiam parallelas esse, non praecedat. Facillime tamen res ad I. 28. reducitur. Caeterum poterat quoque Analysis addi simili ratione ac in IV. 4. facile deducenda ex III. 1. Cor. 1.

Obs. 2. Cor. 2. Quum centrum circuli describendi esse debeat (III. 1. Cor. 1.) in recta *ΔΖ*, quae rectam *ΑΒ* bifariam et ad angulos rectos secat, pariterque in recta *ΕΖ*, quae rectam *ΑΓ* bifariam et ad angulos rectos secat, et denique eodem modo in recta, quae rectam *ΒΓ* bifariam et ad angulos rectos secat, patet, hoc, quod ultimo loco diximus, perpendiculum cum duobus reliquis in uno eodemque puncto convenire debere.

Quare et si datus angulus minor est recto, intra triangulum convenient ΔZ, EZ; si autem rectus, in $B\Gamma$; si vero maior recto, extra triangulum $AB\Gamma$.

PROPOSITIO VI. (Fig. 291.)

In dato circulo quadratum inscribere.

Sit datus circulus $AB\Gamma\Delta$; oportet in circulo $AB\Gamma\Delta$ quadratum inscribere.

Ducantur circuli $AB\Gamma\Delta$ duae diametri $A\Gamma$, $B\Delta$ ad rectos angulos inter se (I. 11.), et iungantur AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$, ΔA.

Obs. 3. Cor. 3. Et quae ab hoc communi trium perpendiculorum concursu ad angulos trianguli A, B, Γ ducuntur rectae ZA, ZB, $Z\Gamma$ aequales sunt. Casu itaque figurae secundae (Fig. 290. b.) quo angulus $BA\Gamma$ rectus est, centrum Z circuli circumscribendi facillime invenitur, bisecando tantum latus recto angulo oppositum. Cf. III. 31. Cor. 2.

Obs. 4. Eodem modo per tria puncta, quae non in eadem recta sunt, circulus describetur.

Obs. 5. Corollarii 1., quod in graeco textu legitur, pars prior non est apud Campanum, neque omnino ex hac constructione consequitur, sed patet ex III. 31. Pars posterior consequitur ex conversa III. 31. vid. Obs. ad III. 31. In parte posteriore corollarii praeterea, ut Rob. Simson. notat, sermo est de angulo *dato*, quum tamen propositio nihil habeat, nec habere possit de angulo dato, atque hinc ille corollarium hoc manifesto vitiatum esse concludit. Austin. id omnino ex hoc loco eliminandum esse putat.

PROPOSITIO VI.

Obs. A sexta inde huius libri propositione Euclides non nisi de figuris quibusdam regularibus tractat; et de his iis, *Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΕ τῇ ΕΔ, κέντρον γὰρ τὸ Ε, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΕΑ· βάσις ἄρα ἡ ΑΒ βάσει τῇ ΑΔ ἴση ἐστίν. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἑκατέρα τῶν ΒΓ, ΓΔ ἑκατέρᾳ τῶν ΒΑ, ΑΔ ἴση ἐστὶν· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓΔ τετράπλευρον. Λέγω δὴ ὅτι καὶ ὀρθογώνιον. Ἐπεὶ γὰρ ἡ ΒΔ εὐθεῖα διάμετρός ἐστι τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου, ἡμικύκλιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΒΑΔ· ὀρθὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΑΔ γωνία. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἑκάστη τῶν ὑπὸ ΑΒΓ, ΒΓΔ, ΓΔΑ ὀρθή ἐστιν· ὀρθογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓΔ τετράπλευρον. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἰσόπλευρον· τετράγωνον ἄρα ἐστίν. Καὶ ἐγγέγραπται εἰς τὸν δοθέντα ΑΒΓΔ κύκλον.*

Εἰς ἄρα δοθέντα κύκλον τὸν ΑΒΓΔ τετράγωνον ἐγγέγραπται τὸ ΑΒΓΔ. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ.

Περὶ τὸν δοθέντα κύκλον τετράγωνον περιγράψαι.

Ἔστω δοθεὶς κύκλος ὁ ΑΒΓΔ· δεῖ δὴ περὶ τὸν ΑΒΓΔ κύκλον τετράγωνον περιγράψαι.

quae Prop. 2—5 generatim de triangulis docuerat, similia proponit. Neque enim poterant ad figuras multilateras quascunque illa omnia applicari. Nonnulla tamen de aliis quoque figuris non regularibus valent. Propositio sexta, ut de hac iam dicamus, de quadrato idem docet, quod Prop. 2. de triangulo dato alicui aequiangulo. Quodvis autem quadratum etiam cuivis alii quadrato est aequiangulum. Nec vero generaliter iam proponi poterat problema: in dato circulo inscribere quadrilaterum dato quadrilatero aequiangulum. Vidimus nempe in Obs. 2. ad III. 22., ut quadrilaterum circulo inscribi possit, necesse esse, si quaestio sit de figuris, quae nullos angulos gibbos habent, ut duo anguli oppositi simul sumti aequales sint reliquis duobus angulis. Itaque etiam, si circulo dato

Et quoniam BE aequalis est $E\Delta$, centrum enim E, communis autem et ad rectos angulos EA; basis igitur AB basi $A\Delta$ aequalis est (I. 4.). Ex eadem ratione et utraque rectarum $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ utrique rectarum BA, $A\Delta$ aequalis est; aequilaterum igitur est quadrilaterum $AB\Gamma\Delta$. Dico autem et rectangulum. Quoniam enim recta $B\Delta$ diameter est circuli $AB\Gamma\Delta$, semicirculus igitur est $BA\Delta$; quare angulus $BA\Delta$ rectus est (III. 31.). Ex eadem ratione et unusquisque angulorum $AB\Gamma$, $B\Gamma\Delta$, $\Gamma\Delta A$ rectus est; rectangulum igitur est quadrilaterum $AB\Gamma\Delta$. Ostensum est autem et aequilaterum; quadratum igitur est. Et inscriptum est in dato circulo $AB\Gamma\Delta$.

In dato igitur circulo $AB\Gamma\Delta$ quadratum inscriptum est $AB\Gamma\Delta$. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO VII. (Fig. 293.)

Circa datum circulum quadratum describere.

Sit datus circulus $AB\Gamma\Delta$; oportet circa circulum $AB\Gamma\Delta$ quadratum circumscribere.

inscribi debet quadrilaterum dato quadrilatero aequiangulum, in dato quadrilatero eadem conditio obtinere debet. Quod si fuerit, poterit non modo, et quidem ita, ut punctum in circumferentia, per quod unum laterum quadrilateri inscribendi transeat, datum sit, aut pro lubitu sumatur, res fieri, sed innumeris modis fieri poterit, vel, ut aliter dicamus, problema generaliter sumtum erit indeterminatum. Nempe, si propositum sit, dato circulo $AB\Gamma$ (Fig. 292.) inscribere quadrilaterum, quod aequiangulum sit dato quadrilatero $EZ\Theta H$, cuius anguli oppositi $ZEH + Z\Theta H = Z + H = 2$ rectis, ita, ut unum eius latus transeat per punctum datum A in circumferentia circuli, fieri id poterit sequentem in modum. Abscindatur per III. 34. recta $A\Gamma$ segmentum $A\Delta\Gamma$, quod ca-

Ἤχθωσαν τοῦ $ΑΒΓΔ$ κύκλου δύο διάμετροι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ $ΑΓ$, $ΒΔ$, καὶ διὰ τῶν $Α$, $Β$, $Γ$, $Δ$ σημείων ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι τοῦ $ΑΒΓΔ$ κύκλου αἱ $ΖΗ$, $ΗΘ$, $ΘΚ$, $ΚΖ$.

Ἐπεὶ οὖν ἐφάπτεται ἡ $ΖΗ$ τοῦ $ΑΒΓΔ$ κύκλου, ἀπὸ δὲ τοῦ $Ε$ κέντρου ἐπὶ τὴν κατὰ τὸ $Α$ ἐπαφὴν ἐπέζευκται ἡ $ΕΑ$· αἱ ἄρα πρὸς τῷ $Α$ γωνίαι ὀρθαί εἰσιν. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ αἱ πρὸς τοῖς $Β$, $Γ$, $Δ$

piat angulum aequalem angulo H, ductaque $ΘE$ fiat angulus $ΓAΔ = ΘEH$, et $ΓAB = ΘEZ$, et iungantur $BΓ$, $ΔΓ$, eritque, ut facile ex III. 22. consequitur, quadrilaterum $ABΓΔ$ aequiangulum quadrilatero $EZΘH$. Neque vero solum quadrilaterum $ABΓΔ$ propositum efficiet. Quodsi enim v. g. ducta fuisset recta $ζϑ$ parallela rectae $ZΘ$, iunctaque $Eϑ$, angulus $ΓAδ = ϑEH$, et angulus $ΓAβ = ϑEζ$ constitutus esset, quadrilaterum $AβΓδ$ pariter scopo respondisset, atque ita innumera alia, quae idem praestarent, exhiberi poterant. Nominatim, si circulo dato inscribenda fuerit figura quadrato aequiangula, innumera rectangula problema solvent. At, si figura inscribenda ipsa etiam quadratum esse, et per punctum in circumferentia datum A transire debet, una tantum figura his conditionibus satisfaciet. Si circulo inscribi iubetur figura multilatera aequiangula figurae datae, ante omnia, an res fieri possit, ex observatis ad III. 22. diiudicari debet, et si fieri possit, problema plerumque erit indeterminatum. Caeterum propositioni VI. 6. addi potest hoc

Cor. Circulus quoque (Fig. 291.) diametris $AΓ$, $BΔ$ in quatuor segmenta aequalia dividitur (III. 26.).

PROPOSITIO VII.

Obs. 1. Rectas circulum contingentes HZ, $ΘK$ cum contingentibus $HΘ$, ZK convenire, patet ex I. 29. Cor. 3.

Cor. 1. Quodvis quadrati circumscripti latus aequale est diametro circuli, cui circumscribitur (I. 34.).

Ducantur circuli $AB\Gamma\Delta$ duae diametri $A\Gamma$, $B\Delta$ ad rectos angulos inter se (I. 11.), et per puncta A, B, Γ, Δ ducantur rectae ZH, $H\Theta$, ΘK, KZ circulum $AB\Gamma\Delta$ contingentes (III. 17.).

Quoniam igitur ZH contingit circulum $AB\Gamma\Delta$ centro autem E ad contactum A ducta est EA; anguli ad A recti sunt (III. 18.). Ex eadem ratione et anguli ad B, Γ, Δ puncta recti sunt. Et quoniam

Cor. 2. Si ductis rectis AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$, ΔA eidem circulo quadratum inscribatur, erit quadratum circumscriptum duplum quadrati inscripti, hoc nempe erit aequale duplo quadrati radii (I. 47.), illud autem quadrato diametri Cor. 1.

Cor. 3. Circulus etiam hic diametris $A\Gamma$, $B\Delta$ in quatuor segmenta aequalia dividitur (III. 26.).

Cor. 4. Pariter latera quadrati circumscripti diametris $A\Gamma$, $B\Delta$ bisecantur. Est nempe $HA = BE$ (I. 34.) et $ZA = E\Delta$. At $BE = E\Delta$, itaque et $HA = ZA$.

Obs. 2. Quum quodvis quadratum aequiangulum sit cuivis alii, etiam haec propositio conferri potest cum propositione IV. 3. Et facile patet, propositionem IV. 3. longe generalius, et certe ad figuram rectilineam quamcunque, quae angulos gibbos non habet, extendi posse. Factis nempe (Fig. 294.) ut in IV. 3. angulis ad centrum O circuli dati ex ordine aequalibus iis, qui deinceps sunt angulis figurae datae $Z\Theta HK\Delta$, nempe angulo $\alpha O\varepsilon =$ angulo, qui Z deinceps est $\alpha O\beta$ ei, qui Θ deinceps est etc. ductisque per puncta ε, α, β etc. (quorum unum etiam datum esse potest) rectis circulum contingentibus, demonstrabitur, ut in IV. 3. rectarum harum contingentium unamquamque convenire cum duabus ipsi proxime positis, et esse figuram ita enatam aequiangulam datae $Z\Theta HK\Delta$. Nec generaliter omnes ii casus excluduntur, quibus figura data angulos gibbos habet: in figura autem datae aequiangula circa circulum circumscripta latera angulos gibbos comprehendentia non ipsa, sed producta tantum intra figuram circulum conσημείοις γωνίαι ὀρθαί εἰσιν. Καὶ ἐπεὶ ὀρθή ἐστιν ἡ ὑπὸ AEB γωνία, ἔστι δὲ ὀρθὴ καὶ ἡ ὑπὸ EBH· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ $H\Theta$ τῇ $A\Gamma$. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ $A\Gamma$ τῇ ZK ἐστὶ παράλληλος. Ὥστε καὶ ἡ $H\Theta$ τῇ ZK ἐστὶ παράλληλος. Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ἑκατέρα τῶν HZ, ΘK τῇ $BE\Delta$ ἐστὶ παράλληλος. Παραλληλόγραμμα ἐστὶ τὰ HK, $H\Gamma$, ΔK, ZB, BK· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν HZ τῇ ΘK, ἡ δὲ $H\Theta$ τῇ ZK. Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ $A\Gamma$ τῇ $B\Delta$, ἀλλὰ καὶ ἡ μὲν $A\Gamma$ ἑκατέρᾳ τῶν $H\Theta$, ZK, ἡ δὲ

tingent, et anguli quoque ad centrum situm aliquatenus diversum obtinebunt, quae omnia, quum singulis casibus evolvendis haud vacet, hic et in sequentibus praeterimus.

Obs. 3. In figuris circulo alicui circumscriptis (hic quoque praeterimus eas, quae angulos gibbos habent) observari potest circa latera aliquid admodum simile ei, quod in figuris circulo inscriptis circa angulos observavimus Obs. 2. sq. ad III. 22. Nempe, si parem laterum numerum habuerint, et latera, initio facto a quocunque eorum ordine numeris indicentur, erit summa laterum numeris imparibus notatorum aequalis summae laterum numeris paribus notatorum. Sit v. c. talis figura, quae nullos angulos gibbos habet $AB\Gamma\Delta EZ$ (Fig. 295.), quae circulum contingat in punctis α, β, γ, etc. eritque ex III. 17. Obs. 1.

$$A\alpha = A\zeta$$
$$B\alpha = B\beta$$
$$\Gamma\gamma = \Gamma\beta$$
$$\Delta\gamma = \Delta\delta$$
$$E\varepsilon = E\delta$$
$$Z\zeta = Z\varepsilon$$

unde $(A\alpha + B\alpha) + (\Gamma\gamma + \Delta\gamma) + (E\varepsilon + Z\zeta) = (B\beta + \Gamma\beta) + (\Delta\delta + E\delta) + (Z\varepsilon + A\zeta)$

i. e. $AB + \Gamma\Delta + EZ = B\Gamma + \Delta E + ZA$.

Similis demonstratio locum habet in figuris, quae plura ha-rectus est angulus AEB, rectus autem est et EBH; $H\Theta$ parallela erit $A\Gamma$ (I. 28.) Ex eadem ratione et $A\Gamma$ parallela est ZK; quare et $H\Theta$ parallela est ZK (I. 30.). Similiter ostendemus et utramque ipsarum HZ, ΘK ipsi $BE\Delta$ esse parallelam. Parallelogramma igitur sunt HK, $H\Gamma$, AK, ZB, BK; aequalis igitur est HZ quidem ipsi ΘK, $H\Theta$ vero ipsi ZK. Et quoniam $A\Gamma$ aequalis est $B\Delta$, sed et $A\Gamma$ utrique ipsarum $H\Theta$, ZK, $B\Delta$ vero utrique ipsarum HZ, ΘK est aequalis; et utraque $H\Theta$, ZK utrique HZ,

bent latera. Hinc consequitur, rectangulum et rhomboides circulo ΔE circumscribi non posse.

Obs. 4. Simile quid obtinet in figuris circulo circumscriptis, quae numerum laterum imparem habent. In illis nempe, si unius cuiuscunque lateris v. c. (Fig. 296.) in pentagono $AB\Gamma\Delta E$ lateris EA partes $A\epsilon$, et ϵE in quae in puncto contactus dividitur, separatim numeremus, pariter summa laterum numeris imparibus notatorum aequalis erit summae numeris paribus notatorum, quod eodem modo demonstrabitur.

Obs. 5. In quadrilateris propositio, quam Obs. 3. habuimus, valet etiam conversa. Nempe si quod quadrilaterum ita comparatum sit, ut summa duorum laterum oppositorum aequalis sit summae duorum reliquorum laterum oppositorum, poterit illi circulus inscribi. Demonstrari id potest vel directe, vel indirecte. Directa demonstratio haec erit. Sit (Fig. 297.) quadrilaterum $AB\Gamma\Delta$, in quo summa laterum $AB+\Gamma\Delta$ aequalis est summae laterum $B\Gamma+\Delta A$, poterit ei circulus inscribi. Nam ex Obs. 5. ad IV. 4. circulus potest describi, qui tria quaecunque contigua latera v. c. AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$ contingat in punctis α, β, γ, adeoque erit, si O huius circuli centrum sit, $O\alpha=O\delta$, et $O\alpha^2=O\gamma^2$. Est autem $O\alpha^2=OA^2-A\alpha^2$, et $O\gamma^2=O\Delta^2-\Delta\gamma^2$ (I. 47. Cor. 2.), adeoque erit $OA^2-A\alpha^2=O\Delta^2-\Delta\gamma^2$. Et, quum sit ex hyp. $AB+\Gamma\Delta=B\Gamma+\Delta A$, et

ΒΔ ἑκατέρᾳ τῶν ΗΖ, ΘΚ ἐστὶν ἴση· καὶ ἑκατέρα ἄρα τῶν ΗΘ, ΖΚ ἑκατέρᾳ τῶν ΗΖ, ΘΚ ἐστὶν ἴση. Ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΗΘΚ τετράπλευρον. Λέγω δὴ ὅτι καὶ ὀρθογώνιον. Ἐπεὶ γὰρ παραλληλόγραμμόν ἐστι τὸ ΗΒΕΑ, καί ἐστιν ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΑΕΒ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΑΗΒ. Ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ αἱ πρὸς τοῖς Θ, Κ, Ζ γωνίαι ὀρθαί εἰσιν· ὀρθογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΖΗΘΚ τετράπλευρον. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἰσόπλευρον· τετράγωνον ἄρα ἐστίν. Καὶ περιγέγραπται περὶ τὸν ΑΒΓΔ κύκλον.

Περὶ τὸν δοθέντα ἄρα κύκλον τετράγωνον περιγέγραπται. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ η.

Εἰς τὸ δοθὲν τετράγωνον κύκλον ἐγγράψαι.

Ἔστω τὸ δοθὲν τετράγωνον τὸ ΑΒΓΔ· δεῖ δὴ εἰς τὸ ΑΒΓΔ τετράγωνον κύκλον ἐγγράψαι.

Τετμήσθω ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΔΑ δίχα κατὰ τὰ Ζ, Ε σημεῖα, καὶ διὰ μὲν τοῦ Ε ὁποτέρᾳ τῶν ΑΒ, ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΕΘ, διὰ δὲ τοῦ Ζ ὁποτέρᾳ τῶν ΑΔ, ΒΓ παράλληλος ἤχθω ἡ ΖΚ· παραλληλό-

$B\alpha = B\beta$, $\Gamma\gamma = \Gamma\beta$ (Obs. 1. ad III. 17.) erit, aequalibus utrimque demtis, $A\alpha + \Delta\gamma = \Delta A$. Iam erit vel $A\alpha = \Delta\gamma$ (Fig. 297. a), vel alterutra earum maior altera (Fig. 297. b.): Utroque casu, demisso ex O in $A\Delta$ perpendiculo $O\delta$, dico esse $O\delta = O\gamma$. Nam, si 1) $A\alpha = \Delta\gamma$, erit tam $A\alpha$, quam $\Delta\gamma = \frac{\Delta A}{2}$. Et, quum $OA^2 - A\alpha^2 = O\Delta^2 - \Delta\gamma^2$, erit $OA^2 = O\Delta^2$, adeoque $OA = O\Delta$, unde perpendiculum $O\delta$ rectam $A\Delta$ bisecabit in δ (I. 26. Cor. 3.), eritque $\Delta\delta = \frac{\Delta A}{2} = \Delta\gamma$. Est autem $O\delta^2 = O\Delta^2 - \Delta\delta^2$ et $O\gamma^2 = O\Delta^2 - \Delta\gamma^2$, itaque $O\delta^2 = O\gamma^2$, adeoque $O\delta = O\gamma$. Sin autem non sit $A\alpha = \Delta\gamma$, sit alterutra earum v. c.

ΘK est aequalis. Aequilaterum igitur est $ZH\Theta K$ quadrilaterum. Dico et rectangulum. Quoniam enim parallelogrammum est $HBEA$, et est rectus angulus AEB; rectus igitur et AHB. Similiter ostendemus et angulos ad Θ, K, Z rectos esse; rectangulum igitur est quadrilaterum $ZH\Theta K$. Ostensum est autem et aequilaterum; quadratum igitur est. Et circumscriptum est circa $AB\Gamma\Delta$ circulum.

Circa datum igitur circulum quadratum circumscriptum est. Quod oportebat facere.

PROPOSITIO VIII. (Fig. 299.)

In dato quadrato circulum inscribere.

Sit datum quadratum $AB\Gamma\Delta$; oportet in quadrato $AB\Gamma\Delta$ circulum inscribere.

Secetur utraque ipsarum AB, $A\Delta$ bifariam in punctis E, Z (I. 10.), et per E alterutri rectarum AB, $\Gamma\Delta$ parallela ducatur $E\Theta$ (I. 31.); per Z vero alterutri rectarum $A\Delta$, $B\Gamma$ parallela ducatur ZK (I.

$\Delta\gamma$ maior altera $A\alpha$. Quoniam igitur $OA^2 + A\alpha^2 = O\Delta^2 + \Delta\gamma^2$: erit $\Delta\gamma^2 - A\alpha^2 = O\Delta - OA^2$. At, demisso ex O in rectam $A\Delta$ perpendiculo $O\delta$, est $O\Delta^2 - OA^2 = \Delta\delta^2 - A\delta^2$ (I. 47. Cor. 3), itaque $\Delta\gamma^2 - A\alpha^2 = \Delta\delta^2 - A\delta^2$ i. e. rectangulum $(\Delta\gamma + A\alpha)$ $(\Delta\gamma - A\alpha)$ = rectang. $(\Delta\delta + A\delta)$ $(\Delta\delta - A\delta$ (II. 4. Cor. 4.) Quum autem sit $\Delta\gamma + A\alpha = A\Delta = \Delta\delta + A\delta$, erit $\Delta\gamma - A\alpha = \Delta\delta - A\delta$ (Obs. 3. ad I. 40.), adeoque erit $\Delta\Gamma + A\alpha + \Delta\Gamma - A\alpha = \Delta\delta + A\delta + \Delta\delta - A\delta$ i. e. $2\Delta\gamma = 2\Delta\delta$, vel $\Delta\gamma = \Delta\delta^2$, et quum $O\delta = O\Delta^2 - \Delta\delta^2$ et $O\gamma^2 = O\Delta^2 - \Delta\gamma^2$, erit $O\delta = O\gamma^2$, et $O\delta = O\gamma$, adeoque utroque casu circulus radio $O\gamma$ descriptus etiam per δ transibit, et continget rectam $A\Delta$ in δ (III. 16. Cor. 1.). Hinc consequitur quadrato et rhombo circulum posse inscribi.

Ducatur circuli $AB\Gamma\Delta EZ$ diameter $A\Delta$, et sumatur centrum circuli H, et centro quidem Δ, intervallo vero ΔH circulus describatur $EH\Gamma\Theta$ (Post. 3.), et iunctae EH, ΓH producantur ad puncta B, Z, et

angulos bisecantium sectio centrum erit, ut in IV. 9. In figuris regularibus utraque methodus eodem redit, unde in IV. 8. problema circulum dato quadrato inscribendi modo priore, in IV. 9. autem problema circulum dato quadrato circumscribendi modo posteriore traditur.

PROPOSITIO XV.

Obs. 1. Ex hac propositione alia consequitur methodus facilior ea, quam in IV. 2. Cor. habuimus circulo dato triangulum aequilaterum inscribendi, ductis nempe rectis $A\Gamma$, ΓB, EA. Et quum $AB\Gamma H$ sit figura aequilatera, patet ex I. 8. eam a recta $A\Gamma$ bifariam dividi, unde consequitur, triangulum circulo inscriptum esse hexagoni regularis eidem circulo inscripti dimidium.

Obs. 2. Quum angulus $ABH = HB\Gamma = \frac{2\ \text{Rect.}}{3}$, erit angulus $AB\Gamma = \frac{4\ \text{Rect.}}{3}$, et angulus $B\Gamma A = \Gamma AB = \frac{\text{Rect.}}{}$ Patet itaque ratio describendi trianguli isoscelis $AB\Gamma$, cuius ἐπὶ τὰ Β, Ζ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΒ, ΒΓ, ΓΔ, ΔΕ, ΕΖ, ΖΑ· λέγω ὅτι τὸ ΑΒΓΔΕΖ ἑξάγωνον ἰσόπλευρόν τέ ἐστι καὶ ἰσογώνιον.

Ἐπεὶ γὰρ τὸ Η σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΑΒΓΔΕΖ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΗΕ τῇ ΗΔ. Πάλιν, ἐπεὶ τὸ Δ σημεῖον κέντρον ἐστὶ τοῦ ΕΗΓΘ κύκλου, ἴση ἐστὶν ἡ ΔΕ τῇ ΔΗ. Ἀλλ' ἡ ΗΕ τῇ ΗΔ ἐδείχθη ἴση, καὶ ἡ ΗΕ ἄρα τῇ ΕΔ ἴση ἐστίν· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΕΗΔ τρίγωνον, καὶ αἱ τρεῖς ἄρα αὐτοῦ γωνίαι αἱ ὑπὸ ΕΗΔ, ΗΔΕ, ΔΕΗ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν, ἐπειδήπερ τῶν ἰσοσκελῶν τριγώνων αἱ πρὸς τῇ βάσει γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. Καί εἰσιν αἱ τρεῖς τοῦ τριγώνου γωνίαι δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· ἡ ἄρα ὑπὸ ΕΗΔ γωνία τρίτον ἐστὶ δύο ὀρθῶν. Ὁμοίως δὴ δειχθήσεται καὶ ἡ ὑπὸ ΔΗΓ τρίτον δύο ὀρθῶν. Καὶ ἐπεὶ ἡ ΓΗ εὐθεῖα ἐπὶ τὴν ΕΒ σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας τὰς ὑπὸ ΕΗΓ, ΓΗΒ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ποιεῖ, καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΓΗΒ τρίτον ἐστὶ δύο ὀρθῶν· αἱ ἄρα ὑπὸ ΕΗΔ, ΔΗΒ, ΓΗΒ γωνίαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· ὥστε καὶ αἱ κατὰ κορυφὴν αὐταῖς αἱ ὑπὸ ΒΗΑ, ΑΗΖ, ΖΗΕ ἴσαι εἰσὶ ταῖς ὑπὸ ΕΗΔ, ΔΗΓ, ΓΗΒ· αἱ ἓξ ἄρα γωνίαι αἱ ὑπὸ ΕΗΔ, ΔΗΓ, ΓΗΒ, ΒΗΑ, ΑΗΖ, ΖΗΕ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. Αἱ δὲ ἴσαι γωνίαι ἐπὶ ἴσων περιφερειῶν βεβήκασιν· αἱ ἓξ ἄρα περιφέρειαι αἱ ΑΒ, ΒΓ, ΓΔ, ΔΕ, ΕΖ, ΖΑ ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν. Ὑπὸ δὲ τὰς ἴσας περιφερείας ἴσαι εὐθεῖαι ὑποτείνουσιν· αἱ ἓξ ἄρα εὐθεῖαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· ἰσόπλευρον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓΔΕΖ ἑξά-

angulus ad verticem sit quadruplus utriusque anguli ad basin. Et generaliter (Cf. etiam Obs. ad V. 11.) facile patet, si describi possit polygonum regulare, quod laterum numerum =

iungantur AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$, ΔE, EZ, ZA; dico hexagonum $AB\Gamma\Delta EZ$ aequilaterum esse et aequiangulum.

Quoniam enim punctum H centrum est circuli $AB\Gamma\Delta EZ$, HE aequalis est $H\Delta$. Rursus, quoniam punctum Δ centrum est circuli $EH\Gamma\Theta$, ΔE aequalis est ΔH. Sed HE ipsi $H\Delta$ ostensa est aequalis, HE igitur ipsi $E\Delta$ aequalis est; aequilaterum igitur est triangulum $EH\Delta$, et tres igitur ipsius anguli $EH\Delta$, $H\Delta E$, ΔEH aequales inter se sunt (I. 5.), quia isoscelium triangulorum ad basin anguli aequales inter se sunt. Et sunt tres trianguli anguli duobus rectis aequales (I. 32.); angulus igitur $EH\Delta$ tertia pars est duorum rectorum. Similiter ostendetur et $\Delta H\Gamma$ tertia pars duorum rectorum. Et quoniam recta ΓH super EB insistens angulos deinceps $EH\Gamma$, ΓHB duobus rectis aequales facit (I. 13.), et reliquus igitur ΓHB tertia pars est duorum rectorum; anguli igitur $EH\Delta$, $\Delta H\Gamma$, ΓHB aequales inter se sunt; quare et anguli ad verticem BHA, AHZ, ZHE aequales sunt ipsis $EH\Delta$, $\Delta H\Gamma$, ΓHB (I. 15.); sex igitur anguli $EH\Delta$, $\Delta H\Gamma$, ΓHB, BHA, AHZ, ZHE aequales inter se sunt. Aequales autem anguli aequalibus circumferentiis insistunt (III. 26.); sex igitur circumferentiae AB, $B\Gamma$, $\Gamma\Delta$, ΔE, EZ, ZA aequales inter se sunt. Aequales autem circumferentias aequales rectae subtendunt (III. 29.); sex igitur rectae aequales inter se sunt; aequilaterum igitur est hexagonum $AB\Gamma\Delta EZ$;

N habeat, describi etiam posse triangulum isosceles, cuius angulus ad verticem sit $(N-2)$ plus utriusque anguli ad basin, et vice versa.

γωνον· λέγω δὴ ὅτι καὶ ἰσογώνιον. Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΖΑ περιφέρεια τῇ ΕΔ περιφερείᾳ, κοινὴ προςκείσθω ἡ ΑΒΓΔ περιφέρεια· ὅλη ἄρα ἡ ΖΑΒΓΔ ὅλῃ τῇ ΕΔΓΒΑ ἐστὶν ἴση, καὶ βέβηκεν ἐπὶ μὲν τῆς ΖΑΒΓΔ περιφερείας ἡ ὑπὸ ΖΕΔ γωνία, ἐπὶ δὲ τῆς ΕΔΓΒΑ περιφερείας ἡ ὑπὸ ΑΖΕ γωνία· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΖΕ γωνία τῇ ὑπὸ ΖΕΔ. Ὁμοίως δὴ δειχθήσεται ὅτι καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι τοῦ ΑΒΓΔΕΖ ἑξαγώνου κατὰ μίαν ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρᾳ τῶν ὑπὸ ΑΖΕ, ΖΕΔ γωνιῶν· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΒΓΔΕΖ ἑξάγωνον. Ἐδείχθη δὲ καὶ ἰσόπλευρον, καὶ ἐγγέγραπται εἰς τὸν ΑΒΓΔΕΖ κύκλον.

Εἰς ἄρα τὸν δοθέντα κύκλον ἑξάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον ἐγγέγραπται. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

ΠΟΡΙΣΜΑ.

Ἐκ τούτου φανερὸν ὅτι ἡ τοῦ ἑξαγώνου πλευρὰ ἴση ἐστὶ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου.

Καὶ ἐὰν διὰ τῶν Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ σημείων ἐφαπτομένας τοῦ κύκλου ἀγάγωμεν, περιγραφήσεται περὶ τὸν κύκλον ἑξάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον, ἀκολούθως τοῖς ἐπὶ τοῦ πενταγώνου εἰρημένοις. Καὶ ἔτι διὰ τῶν ὁμοίων τοῖς ἐπὶ τοῦ πενταγώνου

¶ Obs. 3. Quum recta *ΑΓ* a recta *ΒΗ* bifariam et ad angulos rectos secetur (I. 34. Cor. 1. et 20.), erit quadratum dimidiae *ΑΓ*, i. e. quarta pars quadrati ex *ΑΓ* (II. 4. Cor. 2.) aequale excessui quadrati ex *ΑΗ* super quadratum ex dimidia *ΒΗ* vel *ΑΗ* (I. 47. Cor. 2.) i. e. (II. 4. Cor. 2.) = tribus quartis quadrati radii. Quadratum ex *ΑΓ*, latere trianguli aequilateri igitur triplum est quadrati radii eius circuli, in quem inscriptum est. Taçquet ad h. l.

dico etiam et aequiangulum. Quoniam enim aequalis est circumferentia $Z\varDelta$ circumferentiae $E\varDelta$, communis addatur $AB\Gamma\varDelta$ circumferentia; tota igitur $Z\varDelta B\Gamma\varDelta$ toti $E\varDelta\Gamma BA$ est aequalis, et insistit quidem circumferentiae $Z\varDelta B\Gamma\varDelta$ angulus $ZE\varDelta$, circumferentiae vero $E\varDelta\Gamma BA$ angulus $\varDelta ZE$. Aequalis igitur angulus $\varDelta ZE$ angulo $ZE\varDelta$. Similiter ostendetur et reliquos angulos hexagoni $AB\Gamma\varDelta EZ$ sigillatim aequales esse alterutri angulorum $\varDelta ZE$, $ZE\varDelta$. Aequiangulum igitur est hexagonum $AB\Gamma\varDelta EZ$. Ostensum est autem et aequilaterum, et inscriptum est in circulo $AB\Gamma\varDelta EZ$.

In dato igitur circulo hexagonum aequilaterum et aequiangulum inscriptum est. Quod oportebat facere.

COROLLARIUM.

Ex hoc manifestum hexagoni latus aequale esse circuli semidiametro.

Et si per puncta A, B, Γ, $\varDelta$, E, Z contingentes circulum ducamus, circumscribetur circa circulum hexagonum aequilaterum et aequiangulum, congruenter eis, quae de pentagono dicta sunt. Et etiam con-

Obs. 4. Circa circulum quemcunque centro H, radio $= \frac{HA}{2}$ descriptum e punctis A, B, Γ, $\varDelta$, E, Z describi possunt sex circuli, inter se et primum descripto aequales, quorum quisque tres, nempe eum, qui ex H radio $\frac{HA}{2}$ descriptus est, et duos sibi proximos continget, si nempe radii omnium eorum sumantur aequales $\frac{HA}{2}$ (Obs. 3. ad III. 12.).

εἰρημένοις, εἰς τὸ δοθὲν ἑξάγωνον 1) κύκλον ἐγγράψομέν τε καὶ περιγράψομεν.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ις'.

Εἰς τὸν δοθέντα κύκλον πεντεκαιδεκάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον ἐγγράψαι.

Ἔστω ὁ δοθεὶς κύκλος ὁ ΑΒΓΔ· δεῖ δὴ εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον πεντεκαιδεκάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον ἐγγράψαι.

1) Rob. Simson. monet, addendum hic esse ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον. Recte ille quidem. Attamen haec ex praecedentibus facile suppleri posse sine dubio auctor putabat. Et si omnia ad summum rigorem exigere velis, etiam ad initium Cor. similiter addendum erat ἰσόπ. καὶ ἰσώγον. ubi nec ipse Simson. addit.

PROPOSITIO XVI.

Obs. 1. Eodem modo, quo Euclides ostendit, quum arcus *ΑΓ* sit $1/3 = 5/15$ circuli integri, et arcus $AB = 1/5 = 3/15$ circuli integri, fore arcum $BΓ = 2/15$, adeoque per III. 30. inveniri posse arcum, qui sit $1/15$ integri circuli, generaliter ostendetur, si describi possit in circulo polygonum regulare m laterum, aliudque n laterum, ubi $m > n$ sumitur, et si $m - n$ vel $pm - qn$ per continuas bisectiones ad unitatem reduci possit, vel ut aliter dicamus, si $m - n$ vel $pm - qn$ sit 2^r, describi quoque posse in circulo polygonum regulare, quod habeat $m.n$ latera, ubi p et q denotare potest numeros integros quoscunque.

Obs. 2. Ex iis, quae Euclides hoc libro tradidit, consequitur, circulum posse in

	3,	6,	12,	24 etc.
—	4,	8,	16,	32...
—	5,	10,	20,	40...
—	15,	30,	60,	120...

partes aequales dividi, et figuras regulares totidem laterum ipsi posse inscribi et circumscribi. Figuras autem regulares, gruenter eis, quae de pentagono dicta sunt, in dato hexagono circulum inscribemus et circumscribemus.

PROPOSITIO XVI. (Fig. 308.)

In dato circulo quindecagonum aequilaterum et aequiangulum inscribere.

Sit datus circulus $AB\Gamma\Delta$; oportet in circulo $AB\Gamma\Delta$ quindecagonum aequilaterum et aequiangulum inscribere.

quorum laterum numerus in istis seriebus haud contineretur, geometrice in circulo describendi ars hactenus ignorabatur. Gaussius, iam apud Göttingenses Matheseos Professor, in Disquisitionibus Arithmeticis 1801. editis, Sect. VII. de aequation. circuli section. definientibus, primus methodo algebraico-trigonometrica demonstravit, circulum non tantum in $\left(\begin{matrix}2\\2^0+1\end{matrix}\right)$ $\left(\begin{matrix}3\\2^1+1\end{matrix}\right)$ $\left(\begin{matrix}5\\2^2+1\end{matrix}\right)$ verum etiam in $\left(\begin{matrix}17\\2^4+1\end{matrix}\right)$ $\left(\begin{matrix}257\\2^8+1\end{matrix}\right)$ $\left(\begin{matrix}65537\\2^{16}+1\end{matrix}\right)$ etc. generaliter nempe in 2^m+1 partes dividi posse, quoties 2^m+1 sit numerus primus. Ope divisionis in 17. partes aequales, collatis iis, quae in Obs. 1. et in Obs. ad IV. 11. diximus, circulus deinde porro in 2×17, 4×17, 8×17 etc. praeterea in 3×17 vel 51 partes aequales dividetur, quod nempe $6/17-1/3=1/15$

in 5×17 vel 85, quia $1/5-3/17=2/85$

in 15×17 vel 255, quia $1/15-1/17=2/255$

et in eas adhuc partes aequales, quae bisectionibus ex praecedentibus consequuntur. Cf. etiam v. Huguenin. mathem Beiträge Königsb. 1803. p. 272. sq. et Rothe. de Divisione Peripheriae circuli in 17. et 13. partes aequales, Erlangae 1804., qui pro quaestione generali, an polygonon aliquod regulare geometrice circulo inscribi possit, hanc adfert regulam generalem: sit M numerus quicunque integer positivus, atque litera m designetur multitudo numerorum integrorum positivorum $< M$ atque

Ἐγγεγράφθω εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον τριγώνου μὲν ἰσοπλεύρου τοῦ εἰς αὐτὸν ἐγγραφομένου πλευρὰ ἡ ΑΓ, πενταγώνου δὲ ἰσοπλεύρου ἡ ΑΒ· οἵων ἄρα ἐστὶν ὁ ΑΒΓΔ κύκλος 1) *ἴσων τμημάτων δεκαπέντε, τοιούτων ἡ μὲν ΑΒΓ περιφέρεια τρίτον οὖσα τοῦ κύκλου ἔσται πέντε· ἡ δὲ ΑΒ περιφέρεια, πεμπτὸν οὖσα τοῦ κύκλου, ἔσται τριῶν· λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΓ τῶν ἴσων δύο. Τετμήσθω ἡ ΒΓ δίχα κατὰ τὸ Ε, ἑκατέρα ἄρα τῶν ΒΕ, ΕΓ περιφερειῶν πεντεκαιδέκατον ἔσται τοῦ ΑΒΓΔ κύκλου. Ἐὰν ἄρα ἐπιζεύξαντες τὰς ΒΕ, ΕΓ εὐθείας, ἴσας αὐταῖς κατὰ τὸ συνεχὲς εὐθείας ἐναρμόσωμεν εἰς τὸν ΑΒΓΔ κύκλον, ἔσται εἰς αὐτὸν ἐγγεγραμμένον πεντεκαιδεκάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον. Ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.*

Ὁμοίως δὲ τοῖς ἐπὶ τοῦ πενταγώνου, ἐὰν διὰ τῶν κατὰ κύκλου διαιρέσεων ἐφαπτομένας τοῦ κύκλου ἀγάγωμεν, περιγραφήσεται περὶ τὸν κύκλον πεντεκαιδεκάγωνον ἰσόπλευρόν τε καὶ ἰσογώνιον. Ἔτι δὲ διὰ τῶν ὁμοίων τοῖς ἐπὶ τοῦ πενταγώνου εἰρημένοις, καὶ

1) Pro *ὁ ΑΒΓΔ κύκλος* Rob. Simson. mavult legere: *ἡ ΑΒΓΔ περιφέρεια.* Quum tamen vox *κύκλου* etiam postea saepius recurrat, *κύκλος* hic dictum videtur pro integra circumferentia.

erga *M relative* primorum. Polygonon regulare *M* laterum geometrice circulo inscribi poterit, si *M* potentia est numeri 2 exponentis integri positivi. Si vero hoc non valeat, peripheria etiam in *M* partes aequales geometrice dividi nequit. Caeterum geometrica quoque solutio ex formulis, quas habent viri supra laudati, deduci omnino potest, et Pfleiderer. pervenit ad geometricam constructionem satis elegantem et pro rei natura concinnam, cuius etiam demonstrationem exhibuit e mere geometricis principiis petitam. Aliam e formulis

Inscribatur in circulo $AB\Gamma\Delta$ trianguli aequilateri in ipso inscripti latus $A\Gamma$ (IV. 2.), pentagoni vero aequilateri latus AB (IV. 11.); qualium igitur est circulus $AB\Gamma\Delta$ aequalium segmentorum quindecim, talium circumferentia $AB\Gamma$, quae tertia pars est circuli, erit quinque; AB vero circumferentia, quae quinta est circuli, erit trium; reliqua igitur $B\Gamma$ aequalium duarum. Secetur $B\Gamma$ bifariam in E (III. 30.), utraque igitur circumferentiarum BE, $E\Gamma$ quintadecima erit circuli $AB\Gamma\Delta$. Si igitur iungentes rectas BE, $E\Gamma$, aequales ipsis in continuum rectas aptemus in circulo $AB\Gamma\Delta$ (IV. 1.), erit in ipso inscriptum quindecagonum aequilaterum et aequiangulum. Quod oportebat facere.

Congruenter autem eis, quae de pentagono, si per circuli divisiones contingentes circulum ducamus, circumscribetur circa circulum quindecagonum aequilate-

algebraicis a Rothe. exhibitis deductam constructionem exhibet Müller. (Mathem. kritische Bearbeit. des ersten Buchs der Elemente 1821. im Anhang.). Aliam satis concinnam constructionem vide in Paukers ebene Geometrie 1823. p. 187. sq. Illa tamen hoc loco praetereunda nobis sunt, quum demonstratio ex ipsa problematis natura non possit non esse prolixa, et ex parte haud exigua e libris elementorum sequentibus demum petita. Praeterea plures subinde mathematici methodos tradiderunt vel generales, vel ad singulares figuras spectantes, polygona regularia quaecunque, aut certe plura adhuc, quam Euclides docuerat, circulo dato inscribendi etc., haud quidem, ut probe norant, rigorose veras, at tamen magis minus prope ad veritatem accedentes, atque ita comparatas, ut usui pra-

εἰς τὸ δοθὲν πεντεκαιδεκάγωνον, ὅ ἐστιν ἰσόπλευτόν τε καὶ ἰσογώνιον, κύκλον ἐγγράψομέν τε καὶ περιγράψομεν.

ctico, ubi saepe summus rigor attingi nequit, inservire posse videantur. Haec talia autem satis ingeniose nonnunquam excogitata nihil huc pertinent, nec diiudicatio horum tentaminum plerumque ex altioribus fontibus repetendorum, vel mere mechanicorum, huius loci esse potest. Huc tamen haud referri rum et aequiangulum. Praeterea cougruenter eis, quae de pentagono dicta sunt, et in dato quindecagono circulum inscribemus et circumscribemus.

debent eorum conatus, qui aperte falsa de arcu quocunque in aequales, quotquot libuerit, partes dividendo praecepta dedere, qualia v. c. videre est in Hadaly de Hada Toxometria edita Budae 1820.

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ
ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

ὍΡΟΙ.

α΄. Μέρος ἐστὶ μέγεθος μεγέθους, τὸ ἔλασσον τοῦ μείζονος, ὅταν καταμετρῇ τὸ μεῖζον.

β΄. Πολλαπλάσιον δὲ τὸ μεῖζον τοῦ ἐλάσσονος, ὅταν καταμετρῆται ὑπὸ τοῦ ἐλάττονος.

Isaac. Monachus in scholiis ad hunc librum refert, asserere nonnullos, huius libri doctrinam ab Eudoxo, Platonis praeceptore, inventam traditamque esse. Caeterum aliqua in eo corrupta ad nos pervenisse, ex sequentibus patebit.

DEFIN. I.

Pars, ut iam Isaacus Monachus, Campanus, Commandinus, Clavius aliique notant, duplici sensu apud Geometras adhibetur. Aut enim designat quamvis magnitudinem minorem altera eiusdem generis. Ita v. c. Euclides I. 9. Def. ait: omne totum sua parte maius est. Aut sensu strictiore, ut hic, sumitur pro ea magnitudine minore, quae aliquoties repetita aliam maiorem eiusdem generis efficit aut *mensurat*, unde eius *mensura* vocatur. Priore sensu v. c. 4. erit pars numeri 6, non vero posteriore sensu: 3 autem utroque sensu pars est numeri 6. Diximus, maiorem magnitudinem, cum qua minor

EUCLIDIS
ELEMENTORUM
LIBER QUINTUS.

DEFINITIONES.

1. Pars est magnitudo magnitudinis, minor maioris, quando mensurat maiorem.

2. Multiplex autem maior minoris, quando mensuratur a minore.

comparetur, esse debere eiusdem generis ac minorem. Patet enim lineam v. c. non nisi a linea, superficiem a superficie, corpus a corpore, pondus a pondere etc. mensurari posse. Caeterum, quam Euclides vocat hic partem sensu strictiore, alii partem *aliquotam*, aut *submultiplum* maioris vocant, maior contra *multiplum* minoris appellatur, quam exacte aliquoties continet (Def. 2.). Ita 3 erit submultiplum numeri 6, nempe eius pars dimidia, vel subdupla: 2 est numeri 6 pars tertia aut subtripla etc. Pars aliquota igitur aut submultipla prodit, si magnitudo aliqua in quotcunque partes aequales dividatur. Talis pars *aliquota* distinguitur ab *aliquantis*, magnitudinem ipsam non metientibus, sed conflatis ex summa aliquot eius partium aliquotarum. Ita 4 erit pars *aliquanta* numeri 6, nempe erit eius pars tertia bis sumta. Euclidis libro VII. et sqq. partes aliquotas et aliquantas ita distinguit, ut priores simpliciter *partem*, posteriores *partes* appellet.

γ'. Λόγος ἐστὶ δύο μεγεθῶν ὁμογενῶν ἡ κατὰ πηλικότητα πρὸς ἄλληλα ποιὰ σχέσις 1).

1) Robert. Simson. persuasus de huius et sequentis octavae definitionis inutilitate, quam et Barrovius fateatur, firmiter se credere ait, eas non Euclidis esse, sed cuiusdam minus periti editoris. Eodem modo iudicat Borellus in Obs. ad axioma VI., L. III. Euclid. restitut.

DEFIN. II.

Addi potest, duas magnitudines A, B duarum C, D *aequemultiplas*, aut *aequemultiplices* vocari, si maior A minorem C toties exacte contineat, quoties B continet D, seu, si minor C toties praecise repetenda est, ut efficiat aequalem maiori A, quoties D repeti debet, ut efficiatur aequalis magnitudini B. Eodem casu magnitudines C, D duarum A, B *partes aequealiquotae* vocantur. Ita v. c. quum sit $15 = 3 . 5$ et $20 = 4 . 5$, erunt numeri 15 et 20 numerorum 3 et 4 aequemultiplices, et contra numeri 3 et 4 numerorum 15 et 20 aequealiquotae partes. Aequemultiplices autem partium aequealiquotarum duarum magnitudinum vocantur magnitudinum harum *partes aequealiquantae.* Sic 6 et 8 erunt numerorum 15 et 20 partes aequealiquantae. Partes aequealiquotas duarum magnitudinum Euclides *eandem* illarum *partem*, aequealiquantas autem *easdem partes* appellat. Quodsi eadem magnitudo minor C utramque A et B metitur, tum C *communis mensura* magnitudinum A et B vocatur. Cf. Pfleiderer Expositio ac Dilucidatio libri V. Elem. Euclid. Tub. 1782. p. 11. Peletarius vocem *multiplex* aliter intelligi vult, pariter ac vocem *pars* in Def. 1. Nempe multiplicem vocat maiorem minoris, non tantum; quum a minore ipsa, verum etiam, quum a parte aliqua minoris maior exacte mensuratur. Ita ait, 5 esse multiplicem numeri 2, esse nempe eius duplum sesquialterum: ternarium esse binarii, unitatem esse sui ipsius multiplicem. At vulgo hae voces non hoc sensu dicuntur, nec ab Euclide ita sumtae sunt, et multiplex semper *repetitionem* minoris, aut certe po-

3. Ratio est duarum magnitudinum homogenearum secundum quantitatem (quantuplicitatem) inter se quaedam habitudo.

sitionem *integrae* alterius (quo sensu; *simplum* dicitur), non vero positionem partis tantum minoris involvere videtur. Idem de aequemultiplis dicendum.

DEFIN. III.

„*Λόγος*, ratio, sensu generalissimo indicat modum quemcunque ex mutua duarum quantitatum comparatione erutum, magnitudinem unius ex magnitudine alterius determinandi seu inferendi, atque ita necessario ad duas quantitates homogeneas restringitur. Concipi autem possunt infiniti modi diversi, magnitudinem unius duorum quantorum ex magnitudine alterius determinandi. Horum simplicissimi sunt, qui quantitates ipsas immediate, absque ulla earum praevia mutatione invicem comparant, magnitudinemque unius ex altera determinant, indicando: vel quanto una alteram excedat, aut ab ea deficiat: vel quoties una alteram contineat, aut in eo insit. Posteriorem modum quantitates invicem comparandi, magnitudinemque unius ex magnitudine alterius determinandi accuratissime libro V. discutit, atque in sequentibus libris ad obiecta geometriae applicat Euclides, nulla uspiam iniecta mentione expressa prioris: unde suspicari licet factum esse, ut eiusmodi rationes *geometricae;* altera autem priores, quae excessu unius magnitudinis super alteram, seu defectu unius ab altera occupantur, et quae primarum arithmetices operationum simplicium, additionis ac subtractionis obiectum constituunt, arithmeticae vocari consueverint. Caeterum neutra harum rationum ad arithmeticam vel ad geometriam seorsim pertinent; verum utraque in numeris pariter et extensis locum habet, et ambae iunctim limites fere figunt matheseos, quam vocant elementarem.“ Cf. Pfleiderer. l. c. p. 6. Definitio itaque haec nostra, in qua, ut semper apud Euclidem de *geometrica* tantum ratione sermo est, nihil aliud dicere videtur, quam in hac ra-δ'. Λόγον ἔχειν πρὸς ἄλληλα μεγέθη λέγεται, ἃ δύναται πολλαπλασιαζόμενα ἀλλήλων ὑπερέχειν.

tione disquiri, quanta sit una magnitudo comparata cum alia eiusdem generis i. e. si aliam eiusdem generis pro mensura prioris sumere velis; vel (Wallisii verbis utimur in Tract. de Algebr. Oper. T. II. p. 86.) qualiter se habeat una ad alteram quoad quantuplicitatem (πηλικότητα) considerata. Putat autem Wallisius, Euclidem dixisse potius πηλικότητα quam ποσότητα, quo facilius etiam quantitates incommensurabiles, nec eae tantum, quarum una multipla est alterius, hac voce comprehenderentur. Atque eo, quo Wallisius vult, sensu vocem πηλικότητα intelligere, suadet etiam ordo Def. 3. Post. 1. et 2. atque expressio Def. 4. 5. 7., ut observat Pfleiderer. in Promtuario Mathem. Lips. Fascic. 7. p. 259. Idem tamen addit ibidem, Fasc. 8. p. 445. vocem πηλικότης videri potius significare *quantitatem*, quo sensu occurrat apud Ptolem. Magna Syntax. L. I. p. 8. (Basil. 1538.) περὶ τῆς πηλικότητος τῶν ἐν τῷ κύκλῳ εὐθειῶν, et ita vocem interpretatos esse Clavium et Barrovium in Lection. Cantabrig. Observare tamen liceat, chordarum quoque catalogum non absolutam aliquam rectarum circulo inscriptarum quantitatem, sed semper relativam tantum, i. e. comparatam cum aliqua unitate v. c. cum radio circuli continere, ita ut doceat, quot vicibus quaeque earum hanc unitatem aut eius partes contineat, aut *quantupla* illius sit. Denique Barrow. notat l. c. p. 225. verba: πρὸς ἄλληλα significare ἀδιαφορίαν quandam, quoad situm et ordinem terminorum, ita ut utervis prior, alter autem posterior poni possit. Is autem, qui prior positus est, antecedens vulgo, qui posterior, consequens dici solet. Quod rationis genera attinet, antecedens aut maior est consequente, quae *ratio maioris inaequalitatis* vocatur, vel ei aequalis est — quae *ratio aequalitatis*, vel antecedens minor est consequente, — quae *ratio minoris inaequalitatis* appellatur. Praeterea haec genera in varias denuo species dividunt, quas videre est apud Clavium aut Barrovium p. 240., quibus hic immorari nihil attinet. Antecedens autem consequentis non

4. Rationem inter se magnitudines habere dicuntur, quae multiplicatae sese superare possunt.

tantum aliquod multiplum, sed etiam eius pars aliquota aut pars aliquanta esse potest. „Numerus integer vel fractus, hicque vel spurius vel verus, qui indicat, quoties antecedens contineat consequentem, *exponens rationis* vocatur. Praeterea autem occurrunt magnitudines eiusdem generis, e. g. lineae, quarum maior nec ipsa, nec ullum eius multiplum, minoris cuipiam multiplo aequatur. Eiusmodi magnitudines, mensuram quippe communem nullam habentes, *incommensurabiles* vocantur. Ratio igitur istiusmodi duarum magnitudinum assignari numeris nequit, quare etiam *irrationales* vocantur: limites tamen exponentis huius definiri possunt, qui invicem minus differant, quam dato numero fracto quocunque; seu duo assignari possunt multipla immediate contigua magnitudinis unius, quae sint limites multipli cuiuscunque dati magnitudinis alterius; hoc est, quorum unum dato hoc multiplo minus sit, alterum maius.“ Pfleiderer Expos. ac Dilucid. L. V. p. 7. Atque haec quidem causa fuisse videtur Euclidi, cur in sequentibus nunquam definitionem V. 3., si modo ea genuina sit, in ulla demonstratione adhiberet, sed quartam insuper adderet. „Nihil forte aliud, Barrovii verba sunt p. 230. in definitione 3. tradenda, Euclidi propositum fuit, quam ut methodi plenioris, aut ornatus qualiscunque causa, praeludens scilicet accuratioribus istis eiusdem, maioris et minoris rationis definitionibus mox subiungendis, *generalem quandam* et *ὁλοσχερῆ τοῦ λόγου* ideam discentium insinuaret animis per metaphysicam hanc definitionem, metaphysicam dico, nec enim proprie mathematica est, cum ab ea nihil quicquam dependeat aut deducatur a mathematicis, nec, ut existimo, deduci possit. Cuiusmodi quoque censeri potest posthac tradita definitio analogiae: analogia est rationum similitudo, quae nulli mathematico deserviat usui, nec alio opinor fine proponitur, quam ut per eam generalis quaedam analogiae notio, crassa licet et confusa tyronibus indatur. Definitionibus autem ex-ε΄. Ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ μεγέθη λέγεται εἶναι, πρῶτον πρὸς δεύτερον καὶ τρίτον πρὸς τέταρτον, ὅταν τὰ τοῦ πρώτου καὶ τρίτου ἰσάκις πολλαπλάσια, τῶν τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου ἰσάκις πολλαπλασίων, καθ' ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμὸν, ἑκάτερον ἑκατέρου ἢ ἅμα ὑπερέχῃ, ἢ ἅμα ἴσα ᾖ, ἢ ἅμα ἐλλείπῃ ληφθέντα κατάλληλα.

ϛ΄. Τὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἔχοντα λόγον μεγέθη, ἀνάλογον καλείσθω.

quisitis, mox ab illo subiunctis tota rationum doctrina, tota res mathematica subnititur; ad illas igitur potissimum attendi debet, per illas rationum doctrina perfectius elucescit: haec et consimiles absque notabili matheseos detrimento prorsus omitti possent: sicut in Elem. VII. factum videmus, ubi numerorum analogia definitur et pertractatur, nulla tamen rationis numero competentis exhibita definitione; quamvis illic aeque necessaria fuit et utilis talis definitio, atque hic est, sed neutro loco magna fuit necessitas." Unde et Rob. Simsonem has definitiones pro spuriis habuisse diximus. Et cum Rob. Simson. consentit Pfleiderer. l. c. p. 9., qui observat, Euclidem hac definitione non solum nusquam in sequentibus uti, verumetiam uti ob vagam, quam offerat, notionem non potuisse.

DEFIN. IV.

Sive genuina sit definitio 3., sive spuria, Euclidi certe ob eas, quas diximus, causas non ex omni parte satisfacere poterat. Hinc definitionem 4. vel priori adiunxisse vel solam dedisse censendus est, qua non tam rationis geometricae rationem ipsam explicare, quam characterem distinctivum magnitudinum, quas vocant, homogenearum, et quae terminos rationis alicuius constituere possunt, assignare volebat: ita tamen, ut simul innueret, quid in illis, quatenus ratio earum geometrica spectatur, praecipue sit considerandum. Accuratiorem notionis evolutionem definitionibus identitatis ac diversitatis rationum reservavit. Cf. Pfleiderer. l. c. p. 8. Caete-

5. In eadem ratione magnitudines esse dicuntur, prima ad secundam et tertia ad quartam, quando primae et tertiae aeque multiplices, secundae et quartae aeque multiplices, iuxta quamvis multiplicationem, utraque utramque vel una superant, vel una aequales sunt, vel una deficiunt inter se comparatae.

6. Magnitudines autem eandem rationem habentes proportionales vocentur.

rum Campanus hanc definitionem non habet, eius loco autem aliam haud satis claram, qua quantitates continue proportionales explicare studet. Quo magis confirmare videtur, quod Barrovius monet, qui p. 277. ita habet: „Non diffiteor, elementi quinti definitiones attentius inspectanti, nonnihil in iis exscriptorum culpa videri transpositum ac immutatum."

DEFIN. V.

Male omnino hanc definitionem intellexit Campanus, qui eius sensum ita explicat: proportio primae ad secundam est sicut tertiae ad quartam, cum sumtis aequemultiplicibus ad primam et tertiam, itemque aequemultiplicibus ad secundam et quartam, erit proportio multiplicis primae ad multiplex secundae, sicut multiplex tertiae ad multiplex quartae. Hoc enim, ut Campanus ipse ad definitionem praecedentem observat, esset idem per idem definire, nec illud vitium corrigeretur, si verborum Euclidis, quamvis non aperte idem dicerent, is tamen sensus esset. Falsam hanc Campani interpretationem sequitur etiam Orontius Finaeus. Iure autem id absurdum esse, Clavius ait. Nec melius Euclidis sensum assecutus est Ramus, qui vel eodem modo ac Campanus, rem interpretatur, vel definitionem Euclidis pro falsa haberi posse putat, quoniam v. c. si quatuor numeri sint 4, 3, 5, 4, et sumatur primi et tertii sexuplum 24, 30, secundi et quarti autem nonuplum 27, 36, sit simul $24<27$, et $30<36$, adeoque putare quis possit, esse $4:3=5:4$, ubi prorsus obliviζ. Ὅταν δὲ τῶν ἰσάκις πολλαπλασίων, τὸ μὲν τοῦ πρώτου πολλαπλάσιον ὑπερέχῃ τοῦ τοῦ δευτέρου πολλαπλασίου, τὸ δὲ τοῦ τρίτου πολλαπλάσιον μὴ ὑπερέχῃ τοῦ τοῦ τετάρτου πολλαπλασίου· τό τε τὸ πρῶτον πρὸς τὸ δεύτερον μείζονα λόγον ἔχειν λέγεται, ἤπερ τὸ τρίτον πρὸς τὸ τέταρτον.

η. Ἀναλογία δὲ ἐστιν ἡ τῶν λόγων ταυτότης [1].

θ. Ἀναλογία δὲ ἐν τρισὶν ὅροις ἐλαχίστη ἐστίν [2].

1) Haec definitio in edd. Oxon. et Basil. est octava, atque ita nos restituimus. Praeterea in his edd. loco: *ταυτότης* legitur: *ὁμοιότης*. Peyrardus secutum se esse ait Codd. a. et c. i. e. 190. et 1038., et huic definitioni quartum locum assignat. Et apud Campanum etiam est haec definitio 4., pariterque apud Zambertum et Clavium.

2) Ita melius Peyrardus e Cod. a. quam edd. Basil. et Oxon. quae legunt: *ἐλαχίστοις*. Cf. quae infra ad hanc definitionem monebimus.

citur verborum, quae in Euclidis definitione sunt: *καθ' ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμόν*. Quodsi enim v. c. sumtum fuerit in iisdem numeris primi quidem et tertii sexuplum 24, 30, secundi autem et quarti octuplum 24, 32, erit quidem 24 = 24, at 30 < 32, unde patet, quatuor numeros 4, 3, 5, 4 non esse proportionales. Nempe tum saltim erit proportio, si in aequemultiplis *quibuscunque* locum habet, quod in definitione dicitur, ut iam Candalla respondit ad istam obiectionem. Plura, quae ad hanc definitionem, et ad V. 7. Def. pertinent, vide in Excursu ad finem huius libri.

DEFIN. VIII.

Barrovius notat l. c. p. 275. melius forte pro *ὁμοιότης* aut *ταυτότης* dici posse *ἰσότης*. Similitudinem enim verbum esse laxius et magis ambiguum, et identitatem haud optime quadrare rebus actu diversis immediate qua talibus, et sub diversorum ratione comparatis; praeterea rationum habitudines alias, hyperlogiam nimirum et hypologiam non ex dissi-

7. Quando vero aeque multiplicium, primae quidem multiplex superat multiplicem secundae, multiplex vero tertiae non superat multiplicem quartae, tunc prima ad secundam maiorem rationem habere dicitur, quam tertia ad quartam.

8. Proportio autem est rationum identitas.

9. Proportio in tribus ad minimum terminis consistit.

militudine vel diversitate, sed ex inaequalitate denominari maioritatem et minoritatem; denique rationum aequalium denominatores, a quibus rationes habeant, quod ullatenus inter se comparentur, non eosdem, aut similes, sed aequales esse. De latina voce *proportio* idem observat p. 194. sqq. reperiri eam a Cicerone aliquoties usurpatam, quanquam non sensu exacte eodem. Alias enim apud ipsum idem valere videri, quod simplex ratio, nonnunquam vero rationum similitudinem vel analogiam designare, primumque videri illum ipsum eius usum adinvenisse, saltim ad res mathematicas primum applicuisse. Sic in fragmento, quod Timaeus inscribitur, eum dicere „graecorum ἀναλογία (audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur) comparatio, proportiove dici potest.“ Eius autem effingendae hinc acceptam videri originem vel occasionem. Cum in corrogandis vectigalibus, vel importandis oneribus publicis, pro facultatum modo, secundum aequas leges taxato, sua cuique pars persolvenda cesserit, quae nempe rata cuiusque portio dicta sit; hinc unumquemque solvere dictum pro portione, vel pro rata sua portione: hinc emersisse vocabulum proportio, dignum visum Ciceroni, quum graecas litteras suo donare Latio studeret, quod λόγον et ἀναλογίαν, obvias Platonem et alios graecos philosophos inspectanti voces, referret et exprimeret. — Caeterum, uti rationes alias dicunt arithmeticas, alias geometricas ita simili modo proportiones alias vocare solent, arithmeticas, eas ι. Ὅταν δὲ τρία μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τρίτον διπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται, ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον.

ιά. Ὅταν δὲ τέσσαρα μεγέθη (συνεχὲς)[1]) ἀνάλογον ᾖ, τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τέταρτον τριπλασίονα λόγον ἔχειν λέγεται, ἤπερ πρὸς τὸ δεύτερον· καὶ ἀεὶ ἑξῆς ὁμοίως ὡς[2]) ἂν ἡ ἀναλογία ὑπάρχῃ.

1) Vocem *συνεχὲς*, quamvis in nullo codice reperiatur, addidimus, quod monente Rob. Simson. omnino necessaria est, et in XI. 33. ita citatur.

2) Ita Peyrardus e Cod. *a*. Edd. Basil. et Oxon. contra: *καὶ ἀεὶ ἑξῆς ἑνὶ πλεῖον, ἕως ἂν*, quod nescio an non sit praeferendum. Caeterum definitioni 11. Rob. Simson. subiungit aliam praecedentibus analogam, qua ratio composita explicatur. Aliam quidem rationis compositae definitionem vulgo habent in VI. Def. 5. ubi plura videbimus.

nempe, quibus prima magnitudo secundam eodem excedit, quo tertia quartam; alias geometricas, de quibus solis Euclidi tum in omni opere, tum hic potissimum et in V. 3. Def. sermo est. His postea addiderunt, quod verbo indicasse sufficiat proportiones harmonicas, seu musicas. Dicunt nempe, tres magnitudines A, B, C esse *harmonice continue* proportionales, si *geometrica* ratio primae ad tertiam aequalis sit *geometricae* rationi excessus $\binom{\text{secundae super primam}}{\text{primae super secundam}}$ ad excessum $\binom{\text{tertiae super secundam}}{\text{secundae super tertiam}}$ i. e. si sit $A : C = \frac{(B-A).(C-B)}{(A-B).(B-C)}$ v. c. in numeris 3, 4, 6, quum sit $3 : 6 = 4-3 : 6-4$. Eodem modo quatuor magnitudines A, B, C, D harmonice proportionales esse dicunt, si fuerit $\frac{(A-B).(C-D)}{(B-A).(D-C)} = A : D$. Rationem huius denominationis vide v. c. in Klügels mathem. Wörterb. ad vocem: Harmon. Proportion.

DEFIN. IX.

Haud satis clare patet, quid verba huius definitionis sibi velint, quae edd. Basil. et Oxon. ita proferunt: Ἀναλογία ἐν

10. Si autem tres magnitudines proportionales sint, prima ad tertiam duplicatam rationem habere dicitur, eius quam habet ad secundam.

11. Si quatuor magnitudines (deinceps) proportionales sint, prima ad quartam triplicatam rationem habere dicitur eius quam habet ad secundam; et semper deinceps similiter quamdiu proportio exstiterit.

τρισὶν ὅροις ἐλαχίστοις ἐστίν. Quid enim *termini minimi* sibi velint, incertum videri possit. Candalla quidem explicat *ἐλαχίστοις saltim*, atque eodem modo Peletarius et Gregorii ponunt: *minimum* vel *ad minimum*, quam ipsam interpretationem habent etiam Ambros. Rhodius, Baermannus, Rob. Simson. aliique. Recte illi quidem, quoad sensum, an tamen vox *ἐλαχίστοις* grammatice id significari possit, valde dubitamus. Hinc praeferendam putavimus lectionem Peyrardi: *ἐλαχίστη*, quae facilius certe ac illa altera significare posse videtur, proportionem, quum illa minima i. e. minimis terminis expressa sit, vel, ut aliter dicamus, *ad minimum* tres continere terminos. Simplicissimum forte fuerit, in graeco quoque ponere: *ἐλάχιστα*, idque adverbialiter sumere. Quod deinde vocem *ὅροις* attinet, ea ipsa quoque, ut Candalla monet, improprie hic sumta est. Nempe in omni ratione duo omnino termini, alter antecedens, alter consequens adesse debet, adeoque, quum duae rationes inter se comparantur, ut fit in analogia, *proprie quatuor* omnino termini aderunt, quamvis, ut fit in proportione continua, eadem magnitudo, quae efficit terminum consequentem prioris rationis, efficere simul possit terminum antecedentem posterioris, ubi deinde *improprie* tres saltim terminos dicere possis, quum potius tres magnitudines, quarum secunda bis ponitur, quatuor etiam nunc terminos efficiant. Forte itaque pro *ὅροις* ponendum fuerit *μεγέθεσιν*, qua voce Euclides etiam alias, ubi de rationibus sermo est, utitur. Et usus ille vocis *ὅροι*, quo terminos rationis significat, forte sequioris saltim aevi fuerit. Cf. Pfleiderer. in *ιβ΄. Ὁμόλογα μεγέθη λέγεται, τὰ μὲν ἡγούμενα τοῖς ἡγουμένοις, τὰ δὲ ἑπόμενα τοῖς ἑπομένοις.*

ιγ΄. Ἐναλλὰξ λόγος ἐστὶ λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὸ ἡγούμενον, καὶ τοῦ ἑπομένου πρὸς τὸ ἑπόμενον.

Schol. ad libr. VI. Elem. Euclid. §. 132. et, qui ab eo citatur, Isaac. Barrov. (Lection. Cantabrig. habitae 1666. p. 197. sq. et p. 214.). Hinc omnis haec definitio Pfleiderero l. c. suspecta est. Quum tamen sequens definitio 10. se ad eam referre videatur, possis fortasse eam, ita, uti diximus, mutatam aut intellectam retinere.

DEFIN. X. XI.

Post has definitiones locum proprium fuisse definitionis rationis compositae Rob. Simson. recte monet. Caeterum Clavius observat, probe distinguendum esse inter rationem duplam et duplicatam, triplam et triplicatam etc. Et Euclides quoque semper dicit *λόγος διπλασίων*, non, ut de recta aut angulo *διπλάσιος* aut *διπλος*. Quodsi igitur fuerint magnitudines A, B, C, D, E etc. continue proportionales i. e. ita, ut A : B = B : C = C : D = D : E etc. ratio A : C duplicata dicitur rationis A : B, quoniam inter A et C duae rationes ponuntur, quae aequales sunt rationi A ad B: eodem modo ratio A : D triplicata dicitur rationis A : B etc. Contra, eodem casu, ratio A : B dicitur subduplicata rationis A : C; eodemque modo ratio A : B subtriplicata dicetur rationis A : D, subquadruplicata rationis A : E etc. Pariter, si fuerit A : B = B : C, sitque M : N = A : C, etiam M : N dicetur aequalis rationi, quae duplicata est rationis A : B, vel brevitatis causa ratio M : N dicetur duplicata rationis A : B, idemque valebit in ratione triplicata, quadruplicata etc. Eodem modo, si sit A : B = B : C et P : Q = A : B, dicetur P : Q ratio, quae eadem est subduplicatae rationis A : C, vel brevius P : Q dicetur subduplicata rationis

12. Homologae magnitudines dicuntur, antecedentes quidem antecedentibus, consequentes vero consequentibus.

13. Alterna (permutata) ratio est sumptio antecedentis ad antecedentem, et consequentis ad consequentem.

A : C, atque ita in reliquis. Ratio duplicata, triplicata etc. species tantum sunt rationis compositae, in quibus nempe singulae rationes, ex quibus aliae componuntur, inter se aequales sunt. Unde ea omnia, quae ex definitione rationis compositae consequuntur (vide infra in Exc. ad libr. VI.) et applicari possunt ad rationem duplicatam, triplicatam etc. etiam de hac valent. Nominatim, ut hoc non demonstrationis caussa, quae in locis citatis infra habetur, sed in antecessum, ut aiunt, dicamus, rationum inter se earundem duplicatae (triplicatae etc.) sunt pariter inter se eaedem (Excurs. in libr. VI. §. 9. et infra Cor. ad V. 22.) et vice versa, rationum inter se earundem subduplicatae, subtriplicatae sunt inter se eaedem (vid in Exc. ad Libr. V. Cor. ad Prop. m.). Et si, quando id fieri potest, numeris exprimantur rationes duplicatae, triplicatae etc. erit (Exc. ad Libr. VI. §. 7.) exponens rationis duplicatae (triplicatae) numerus quadratus (cubus) multiplicatione denominatoris rationis simplicis per se ipsum factus, vel ratio duplicata (triplicata) eadem est rationi quadratorum (cuborum) eorum numerorum, qui rationem simplicem exhibent. Porro, si A : C est ratio duplicata (triplicata) rationis A : B, inverse erit C : A ratio duplicata (triplicata) rationis B : A (Exc. ad Libr. VI. §. 17.) etc. Caeterum apud ipsum Euclidem nulla rationis duplicatae etc. mentio fit ante VI. 19.

DEFIN. XIII.

Quae hic alterna ratio dicitur, melius forsan alterna *proportio* diceretur. Manifesto enim non de duabus saltim quantitatibus, sed de quatuor sermo est. Caeterum patet, ut quan-

ιδ'. Ἀνάπαλιν λόγος ἐστὶ λῆψις τοῦ ἑπομένου ὡς ἡγουμένου πρὸς τὸ ἡγούμενον ὡς ἑπόμενον.

ιέ. Σύνθεσις λόγου ἐστὶ λῆψις τοῦ ἡγουμένου μετὰ τοῦ ἑπομένου ὡς ἑνὸς πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

ιϛ'. Διαίρεσις δὲ λόγου ἐστὶ λῆψις τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου, πρὸς αὐτὸ τὸ ἑπόμενον.

ιζ'. Ἀναστροφὴ λόγου ἐστὶ λῆψις τοῦ ἡγουμένου πρὸς τὴν ὑπεροχὴν, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου.

ιή. Διΐσου λόγος ἐστὶ, πλειόνων ὄντων μεγεθῶν καὶ ἄλλων αὐτοῖς ἴσων τὸ πλῆθος, σὺν δύο λαμβανομένων καὶ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὅταν ᾖ ὡς ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσι τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον, οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσι τὸ πρῶτον πρὸς τὸ ἔσχατον. Ἢ ἄλλως. Λῆψις τῶν ἄκρων καθ' ὑπεξαίρεσιν τῶν μέσων.

ιθ'. Τεταγμένη ἀναλογία ἐστὶν, ὅταν ᾖ ὡς ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον οὕτως ἡγούμενον πρὸς τὸ ἑπόμενον, ᾖ δὲ καὶ ὡς ἑπόμενον πρὸς ἄλλό τι οὕτως ἑπόμενον πρὸς ἄλλό τι [1]).

κ'. Τεταραγμένη δὲ ἀναλογία ἐστὶν, ὅταν, τριῶν ὄντων μεγεθῶν καὶ ἄλλων αὐτοῖς ἴσων τὸ πλῆθος,

1) Peyrardus refert, hanc definitionem omitti a Codd. a. c. quod, quum perturbata ratio postea tamen occurrat, mera librarii oscitantia, cuius oculus a *τεταγμένη* in *τεταραγμένη* aberrabat, factum fuisse videtur.

titates ita alterne comparare possint, omnes quatuor eiusdem generis esse debere.

DEFIN. XVI. et XVII.

Manifestum est, sumi in his definitionibus, consequentem

14. Inversa ratio est sumptio consequentis ut antecedentis, ad antecedentem ut ad consequentem.

15. Compositio rationis est sumptio antecedentis cum consequente tanquam unius ad ipsam consequentem.

16. Divisio autem rationis est sumptio excessus, quo superat antecedens consequentem, ad ipsam consequentem.

17. Conversio rationis est sumptio antecedentis ad excessum, quo antecedens superat consequentem.

18. Ex (aequo) aequalitate ratio est, quando, pluribus existentibus magnitudinibus et aliis ipsis numero aequalibus, et in eadem ratione binis sumptis, est, ut in primis magnitudinibus prima ad ultimam, ita in secundis magnitudinibus prima ad ultimam. Vel aliter. Sumptio extremarum per substractionem mediarum.

19. Ordinata proportio est, quando est ut antecedens ad consequentem ita antecedens ad consequentem; ut autem consequens ad aliam quampiam, ita consequens ad aliam quampiam.

20. Perturbata autem proportio est, quando tribus existentibus magnitudinibus et aliis ipsis numero ae-

minorem esse antecedente. Quodsi contra consequens maior fuerit antecedente, similis erit argumentatio, si sumatur excessus, quo consequens superat antecedentem.

DEFIN. XVIII—XX.

Monente Rob. Simson. Def. 19. et 20. speciem tantum continent eius proportionis, quae Def. 18. explicatur. Unde forte coniicere liceat, in Def. 18. quoque pro *λόγος* legendum esse *ἀναλογία*. Erit igitur ex Def. 19. *τεταγμένη* sive *δι᾽ἴσου* *γίνεται, ὡς μὲν ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον, οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἡγούμενον πρὸς ἑπόμενον· ὡς δὲ ἐν τοῖς πρώτοις μεγέθεσιν ἑπόμενον πρὸς ἄλλό τι, οὕτως ἐν τοῖς δευτέροις μεγέθεσιν ἄλλό τι πρὸς ἡγούμενον.*

ΠΡΟΤΑΣΙΣ ά.

Ἐὰν ᾖ ὁποσαοῦν μεγέθη ὁποσωνοῦν μεγεθῶν ἴσων τὸ πλῆθος, ἕκαστον ἑκάστου ἰσάκις πολλαπλάσιον, ὁσαπλάσιόν ἐστιν ἓν τῶν μεγεθῶν ἑνὸς, τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ παντὰ τῶν πάντων.

Ἔστω ὁποσαοῦν μεγέθη τὰ ΑΒ, ΓΔ ὁποσωνοῦν μεγεθῶν τῶν Ε, Ζ ἴσων τὸ πλῆθος, ἕκαστον ἑκάστου ἰσάκις πολλαπλάσιον· λέγω ὅτι ὁσαπλάσιόν ἐστι

τεταγμένη ἀναλογία, sive simpliciter *διΐσου*, quando fuerit (prorsus ut in Def. 18.) prima ad secundam in primis quantitatibus, ut in secundis prima ad secundam; ut autem in primis, secunda ad tertiam, ita in secundis, secunda ad tertiam, et ita deinceps, et *concluditur*, ut in Def. 18. dictum est. Vide V. 22. Ex Def. 20. autem *διΐσου τεταραγμένη*, vel simpliciter *τεταραγμένη ἀναλογία* est, quando in primis magnitudinibus fuerit ut prima ad secundam, ita in secundis penultima ad ultimam: ut autem in primis secunda ad tertiam, ita in secundis antepenultima ad penultimam; et ut in primis tertia ad quartam, ita in secundis quae antepenultimam praecedit ad antepenultimam, et ita deinceps, et *concluditur, ut in Def.* 18. Vide V. 23. Ita fere Rob. Simson. rem explicat.

AXIOMATA.

Sequentia praemittit Rob. Simson. et ex eo Playfair.

1. Eiusdem sive aequalium aequemultiplices inter se aequales sunt.

2. Quarum eadem aeque multiplex est, vel quarum aequales sunt aeque multiplices, et ipsae inter se sunt aequales.

qualibus, fit, ut in primis magnitudinibus antecedens ad consequentem, ita in secundis magnitudinibus antecedens ad consequentem; ut vero in primis magnitudinibus consequens ad aliam quampiam, ita in secundis magnitudinibus alia quaepiam ad antecedentem.

PROPOSITIO I. (Fig. 309.)

Si sint quotcunque magnitudines quotcunque magnitudinum aequalium multitudine, singulae singularum aeque multiplices, quam multiplex est una magnitudinum unius, tam multiplices erunt et omnes omnium.

Sint quotcunque magnitudines AB, $\Gamma\Delta$ quotcunque magnitudinum E, Z aequalium multitudine, singulae singularum aeque multiplices, dico quam multiplex est

3. Multiplex maioris maior est aequemultiplici minoris.

4. Magnitudo, cuius multiplex maior est aequemultiplici alterius, maior est altera illa magnitudine.

Quae sane ita perspicua sunt, ut axiomatum loco haberi possint. Demonstravit ea tamen Pfleiderer. in Promptuario Mathem. Lipsiensi Fascic. 7. 1798. p. 263. sqq. §§. 14—19. et in dissertatione de Dimensione circuli P. II. Tub. 1790. p. 5. not. 4. Cf. Hauber. de rationibus inter se diversis Demonstr. Tub. 1793. §. 2. Aliud autem axioma vel postulatum, quod Campanus, Clavius aliique complures pariter sumere se posse putarunt, quodque ita habet:

„Quam rationem habet magnitudo aliqua ad aliam, eandem habebit quaevis magnitudo proposita ad aliquam aliam; et eandem habebit quaedam alia magnitudo ad quamvis magnitudinem propositam"

merito accuratiores Geometrae respuunt. Vid Exc. ad hunc librum.

PROPOSITIO I.

Symbolice haec propositio ita efferri potest. Si sit A=

τὸ AB τοῦ E, τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ AB, $\Gamma\Delta$ τῶν E, Z.

Ἐπεὶ γὰρ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ AB τοῦ E, καὶ τὸ $\Gamma\Delta$ τοῦ Z· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ AB μεγέθη ἴσα τῷ E, τοσαῦτα καὶ ἐν τῷ $\Gamma\Delta$ ἴσα τῷ Z. Διηρήσθω τὸ μὲν AB εἰς τὰ τῷ E μεγέθη ἴσα τὰ AH, HB, τὸ δὲ $\Gamma\Delta$ εἰς τὰ τῷ Z ἴσα τὰ $\Gamma\Theta$, $\Theta\Delta$· ἔσται δὴ ἴσον τὸ πλῆθος τῶν AH, HB τῷ πλήθει τῶν $\Gamma\Theta$, $\Theta\Delta$. Καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ μὲν AH τῷ E, τὸ δὲ $\Gamma\Theta$ τῷ Z· ἴσα ἄρα καὶ τὰ AH, $\Gamma\Theta$ τοῖς E, Z. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ ἴσον ἐστὶ τὸ HB τῷ E, καὶ τὸ $\Theta\Delta$ τῷ Z· ἴσα ἄρα καὶ τὰ HB, $\Theta\Delta$ τοῖς E, Z· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ AB ἴσα τῷ E, τοσαῦτα καὶ ἐν τοῖς AB, $\Gamma\Delta$ ἴσα τοῖς E, Z· ὁσαπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ AB τοῦ E, τοσαυταπλάσια ἔσται καὶ τὰ AB, $\Gamma\Delta$ τῶν E, Z. Ἐὰν ἄρα ᾖ ὁποσαοῦν, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ β.

Ἐὰν πρῶτον δευτέρου ἰσάκις ᾖ πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τετάρτου, ᾖ δὲ καὶ πέμπτον δευτέρου ἰσάκις πολλαπλάσιον καὶ ἕκτον τετάρτου· καὶ συντεθὲν πρῶτον καὶ πέμπτον δευτέρου ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τετάρτου.

r.L; B=r.M; C=r.N etc. r denotante numerum integrum quemcunque, erit et A+B+C etc.=r(L+M+N etc.). Caeterum propositioni huic vulgaris innititur praxis multiplicandum compositum per multiplicatorem simplicem multiplicandi. Nimirum, ut v. g. numerum 7364 per 8 multiplicemus, seu ut octuplum efficiamus numeri 7364: octies sumimus primum 4 unitates, tum 6 denarios, dein 3 centenarios, denique 7

AB ipsius E, tam multiplices esse et AB, $\Gamma\Delta$ ipsarum E, Z.

Quoniam enim AB aeque multiplex est ipsius E ac $\Gamma\Delta$ ipsius Z; quot magnitudines sunt in AB aequales ipsi E, tot sunt et in $\Gamma\Delta$ aequales ipsi Z. Dividatur AB quidem in magnitudines AH, HB aequales ipsi E, $\Gamma\Delta$ vero in partes $\Gamma\Theta$, $\Theta\Delta$ aequales ipsi Z; erit igitur multitudo ipsarum AH, HB aequalis multitudini ipsarum $\Gamma\Theta$, $\Theta\Delta$. Et quoniam aequalis est AH quidem ipsi E, $\Gamma\Theta$ vero ipsi Z; erunt et AH, $\Gamma\Theta$ aequales ipsis E, Z (I. Ax. 2.); ex eadem ratione et HB aequalis est ipsi E, et $\Theta\Delta$ ipsi Z; aequales igitur et HB, $\Theta\Delta$ ipsis E, Z; quot igitur sunt in AB aequales ipsi E, tot sunt et in AB, $\Gamma\Delta$ aequales ipsis E, Z; quam multiplex igitur est AB ipsius E, tam multiplices erunt et AB, $\Gamma\Delta$ ipsarum E, Z. Si igitur quotcunque etc.

PROPOSITIO II. (Fig. 310.)

Si prima secundae aeque sit multiplex ac tertia quartae, sit autem et quinta secundae aeque multiplex ac sexta quartae; et simul sumptae prima et quinta secundae aeque erunt multiplices ac tertia et sexta quartae.

millenarios, horumque octuplorum conficimus summam. Cf. Pfleiderer. Expos. et Dilucid. Libri V. Elem. p. 2.

PROPOSITIO II.

Symbolice haec propositio generalius ita effertur. Si sit $A=p.L$, $B=g.L$, $C=r.L$ etc. et simul $E=p.M$, $F=g.M$, $G=r.M$ etc. p, g, r denotantibus numeros integros quoscun

Πρῶτον γὰρ τὸ ΑΒ δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις ἔστω πολλαπλάσιον καὶ τρίτον τὸ ΔΕ τετάρτου τοῦ Ζ, ἔστω δὲ καὶ πέμπτον τὸ ΒΗ δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις πολλαπλάσιον καὶ ἕκτον τὸ ΕΘ τετάρτου τοῦ Ζ· λέγω ὅτι καὶ συντεθὲν πρῶτον καὶ πέμπτον τὸ ΑΗ δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τὸ ΔΘ τετάρτου τοῦ Ζ.

Ἐπεὶ γὰρ ἰσάκις ἐστὶ πολλαπλάσιον τὸ ΑΒ τοῦ Γ καὶ τὸ ΔΕ τοῦ Ζ· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ ΑΒ μεγέθη ἴσα τῷ Γ, τοσαῦτα καὶ ἐν τῷ ΔΕ ἴσα τῷ Ζ. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ὅσα ἐστὶν ἐν τῷ ΒΗ ἴσα τῷ Γ, τοσαῦτα καὶ ἐν τῷ ΕΘ ἴσα τῷ Ζ· ὅσα ἄρα ἐστὶν ἐν ὅλῳ τῷ ΑΗ ἴσα τῷ Γ, τοσαῦτα καὶ ἐν ὅλῳ τῷ ΔΘ ἴσα τῷ Ζ· ὁσαπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΗ τοῦ Γ, τοσαυταπλάσιον ἔσται καὶ τὸ ΔΘ τοῦ Ζ· καὶ συντεθὲν ἄρα πρῶτον καὶ πέμπτον τὸ ΑΗ δευτέρου τοῦ Γ ἰσάκις ἔσται πολλαπλάσιον καὶ τρίτον καὶ ἕκτον τὸ ΔΘ τετάρτου τοῦ Ζ. Ἐὰν ἄρα πρῶτον, καὶ τὰ ἑξῆς.

ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

1) Verba, quae uncis inclusimus, Rob. Simson. omittenda censet, utpote imperiti cujusdam additamentum. Scarburgh. etiam iudicat, haec verba absurdam continere notam e margine in textum receptam. Et reapse, quum ex III. 10. Def. nulli alii dentur sectores circuli, quam qui ad centra constituti sunt, superflua certe sunt haec verba, quibus inserendis praecedentes anguli sive ad centrum, sive ad circumferentias insistentes occasionem dedisse videntur. In Cod. a. omnia, quae de sectoribus dicta sunt, nec non Corollarium manu aliena vel inter lineas, vel in margine exarata sunt vocabulis contractis. Hinc Peyrardus iudicat, in Praefat. ad Tom. I. quoniam Rob. Simson. in Ed. Angl monuerat, pariter ac Scarburgh. additam esse hanc secundam Propositionis partem, quae moram saltim afferat, Euclidi et nusquam in sequentibus adhibeatur, a Theone ipso referente in Commentar. ad Ptol. Μεγάλη σύνταξις p. 50. Ed. 1538, ubi ille: ὅτι δὲ οἱ ἐπ' ἴσων κύκλων τομεῖς πρὸς ἀλλήλους εἰσὶν, ὡς αἱ γωνίαι, ἐφ' ὧν βεβήκασι, δέδεικται ἡμῖν ἐν τῇ ἐκδόσει τῶν στοιχείων πρὸς τῷ τέλει τοῦ ἕκτου βιβλίου.

gulum (qui pariter ope VI. 13. et VI. 17. vel ope II. 14. ad priorem reduci potest) exhibet Rob. Simson. in not. ad VI. 29., et solutionem similem ei, quae in problemate simili ad VI. 28. habebatur, in hunc modum affert. Sit data recta AB (Fig. 394.), datum autem rectangulum sit id, quod rectis Γ, Δ continetur: oportet secundum datam rectam AB dato rectangulo $\Gamma \times \Delta$ aequale rectangulum applicare excedens quadrato. Ducantur AE, BZ ad rectos angulos ipsi AB, et ad contrarias eius partes, quarum AE aequalis sit ipsi Γ, et BZ rectae

centra, sive ad circumferentias insistant; adhuc etiam et sectores (quippe ad centra constituti).

Sint aequales circuli $AB\Gamma$, ΔEZ, et ad centra quidem ipsorum H, Θ sint anguli $BH\Gamma$, $E\Theta Z$; ad circumferentias vero anguli $BA\Gamma$, $E\Delta Z$; dico esse ut $B\Gamma$ circumferentia ad EZ circumferentiam ita angulum $BH\Gamma$ ad angulum $E\Theta Z$, et angulum $BA\Gamma$ ad angulum $E\Delta Z$; et adhuc sectorem $HB\Gamma$ ad sectorem ΘEZ.

Δ. Iungatur EZ et bifariam secetur in I, centroque I, intervallo IE describatur circulus, occurratque rectae AE rursus in H, et iungatur HZ, et ad AB ducatur $I\Lambda$ parallela ipsi AE; occurrat vero circulus rectae AB productae in M et N, et super BN describatur quadratum $NBO\Pi$, et compleatur rectangulum $ANII\Theta$. Quoniam igitur angulus EHZ in semicirculo aequalis est angulo recto EAB, parallelae erunt AB, HZ: aequales igitur sunt AH, BZ, et rectangulum $EA \times AH = BA \times BZ$ h. e. rectangulo $\Gamma \times \Delta$. Et, quoniam aequales sunt MA, ΛN, ut et $A\Lambda$, ΛB, erunt et MA, BN aequales, et propterea rectangulum $AN \times NB = MA \times AN =$ (III. 35.) $EA \times AH = \Gamma \times \Delta$. Rectangulum igitur $AN \times NB$ h. e. ipsum $A\Pi$ aequale est rectangulo $\Gamma \times \Delta$. Secundum datam igitur rectam AB dato rectangulo $\Gamma \times \Delta$ aequale rectangulum $A\Pi$ applicatum est excedens quadrato $B\Pi$. Quod oportebat facere.

Obs. 3. Data recta linea AB, et rectilineo, per hanc propositionem et observationem praecedentem habebitur NB vel $N\Pi$ latus quadrati, quo excedit rectangulum datum $A\Pi$ secundum datam rectam AB applicatum. Pro quantitate incognita NB vel $N\Pi$ ponatur y, unde $AO = AB \times y$, et $NO = yq$, ergo $A\Pi = AB \times y + yq$, i. e. $\Gamma \times \Delta = AB \times y + yq$. Pariterque, si ponatur $AN = x = AB + y$, erit $BN - x = AB$, unde $A\Pi = AN \times BN = xq - x \times AB$. Et has aequationum quadraticarum affectarum species ex hac Prop. 29. solverunt Geome-

Κείσθωσαν γὰρ τῇ μὲν ΒΓ περιφερείᾳ ἴσαι κατὰ τὸ ἑξῆς ὁσαιδηποτοῦν αἱ ΓΚ, ΚΛ, τῇ δὲ ΕΖ περιφερείᾳ ἴσαι ὁσαιδηποτοῦν αἱ ΖΜ, ΜΝ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΚ, ΗΛ, ΘΜ, ΘΝ.

Ἐπεὶ οὖν ἴσαι εἰσὶν αἱ ΒΓ, ΓΚ, ΚΛ περιφέρειαι ἀλλήλαις, ἴσαι εἰσὶ καὶ αἱ ὑπὸ ΒΗΓ, ΓΗΚ, ΚΗΛ γωνίαι ἀλλήλαις· ὁσαπλασίων ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΛ περιφέρεια τῇ ΒΓ, τοσαυταπλασίων ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΒΗΛ γωνία τῇ ὑπὸ ΒΗΓ. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ὁσαπλασίων ἐστὶν ἡ ΕΝ περιφέρεια τῆς ΕΖ, τοσαυταπλασίων ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΕΘΝ γωνία τῆς ὑπὸ ΕΘΖ. Εἰ ἄρα ἴση ἐστὶν ἡ ΒΛ περιφέρεια τῇ ΕΝ περιφερείᾳ, ἴση ἐστὶ καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΗΛ τῇ ὑπὸ ΕΘΝ·

trae veteres, inveniendo quantitatem incognitam *BN* vel *ΛN* per applicationem rectanguli dato rectangulo aequalis secundum datam rectam *AB* et excedentis quadrato. Et ipsa etiam regula, qua ad solvendas aequationes harum formarum utuntur recentiores, facile ex huius Prop. 29. constructione, vel, quod idem est, ex constructione in Obs. 4. ad II. 11. allata deduci potest simili ratione ac factum est in Obs. 3. ad VI. 28. Erit nempe $BN = \surd\left(\left(\frac{AB}{2}\right)^q + \Gamma \times \Delta\right) - \frac{AB}{2}$, et $\Lambda N = \surd\left(\left(\frac{AB}{2}\right)^q + \Gamma \times \Delta\right) + \frac{AB}{2}$. Cf. Whiston. Cor. 2—5 ad VI. 29.

Quum itaque haec problemata in Prop. 28. et 29. contenta sint maxime utilia, et in solutione aliorum problematum saepissime adhibita, maxime etiam in libro decimo Elementorum Euclidis et in Conicis Apollonii, ubi applicatio 28. ad Ellipsin, 29 autem ad Hyperbolam spectat, Rob. Simson iure censet inscite admodum ab Andr. Taequet et Claud. Dechales in iis, quas dederunt, Elementorum Editionibus has propositiones omissas esse, et insulse admodum ab iis dici nullius fere usus esse. Caeterum vide adhuc ad calcem VI. Prop. 31.

Ponantur enim circumferentiae quidem $B\Gamma$ aequales quotcunque deinceps ΓK, $K\varLambda$, circumferentiae vero EZ aequales quotcunque ZM, MN, et iungantur HK, $H\varLambda$, ΘM, ΘN.

Quoniam igitur aequales sunt circumferentiae $B\Gamma$, ΓK, $K\varLambda$ inter se, aequales sunt et anguli $BH\Gamma$, ΓHK, $KH\varLambda$ inter se (III. 27.) Quam multiplex igitur est circumferentia $B\varLambda$ circumferentiae $B\Gamma$, tam multiplex est et angulus $BH\varLambda$ anguli $BH\Gamma$. Ex eadem ratione et quam multiplex est circumferentia EN circumferentiae EZ, tam multiplex est et angulus $E\Theta N$ anguli $E\Theta Z$. Si igitur aequalis est circumferentia $B\varLambda$ circumferentiae EN, aequalis est et angulus $BH\varLambda$

PROPOSITIO XXXI.

Obs. 1. Pfleiderer monet in sched. mss. §. 306. propositionem 31. incongrue a VI. 20 cum qua proxime cohaereat, seiunctam, et propositionibus 27—30 minime ad eam pertinentibus subiunctam esse.

Obs. 2. Rob. Simson. observat, in demonstratione bis omissam esse inversionem ope Prop. B. V. vel, ut vulgo habent, ope Cor. V. 4. faciendam. Ita enim demum demonstrationem ope V. 24. rite procedere, unde et Clavius ea inversione usus sit. Nempe ita habere debet demonstratio: Ut ΓB ad $B\varDelta$, ita figura ex ΓB ad figuram similem et similiter positam ex $B\varDelta$, et invertendo (B, V.) ut $B\varDelta$ ad ΓB ita figura ex $B\varDelta$ ad figuram ex ΓB: unde (V. 24.) ut $B\varDelta + \Gamma\varDelta$ ad ΓB ita figurae ex $B\varDelta$ et $\Gamma\varDelta$ ad figuram ex ΓB. Aequales autem sunt $B\varDelta + \Gamma\varDelta$ ipsi ΓB: unde (A, V.) figurae ex $B\varDelta$ et $\Gamma\varDelta$ aequales erunt figurae ex ΓB.

Obs. 3. Propositio VI 31. generaliorem reddit propositionem I. 47. et in demonstratione priore ex praemissis ab hac independentibus sistit (Pfleiderer l. c. §. 306.).

Obs. 4. Converti quoque potest haec propositio eadem καὶ εἰ μείζων ἐστὶν ἡ ΒΑ περιφέρεια τῆς ΕΝ περιφερείας, μείζων ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ ΒΗΑ γωνία τῆς ὑπὸ ΕΘΝ γωνίας καὶ εἰ ἐλάσσων, ἐλάσσων· τεσσάρων δὴ ὄντων μεγεθῶν, δύο μὲν περιφερειῶν τῶν ΒΓ, ΕΖ, δύο δὲ γωνιῶν τῶν ὑπὸ ΒΗΓ, ΕΘΖ, εἴληπται τῆς μὲν ΒΓ περιφερείας καὶ τῆς ὑπὸ ΒΗΓ γωνίας ἰσάκις πολλαπλασίων [1]), ἥ τε ΒΑ περιφέρεια καὶ ἡ ὑπὸ ΒΗΑ γωνία, τῆς δὲ ΕΖ περιφερείας καὶ τῆς ὑπὸ ΕΘΖ γωνίας, ἥ τε ΕΝ περιφέρεια καὶ ἡ ὑπὸ ΕΘΝ γωνία· καὶ δέδεικται ὅτι εἰ ὑπερέχει ἡ ΒΑ περιφέρεια τῆς ΕΝ περιφερείας, ὑπερέχει καὶ ἡ ὑπὸ ΒΗΑ γωνία τῆς

1) Hic inserendum Rob. Simson ὡς ἔτυχε iure censet, collat. in V. 5. Def. verbis: καθ' ὁποιονοῦν πολλαπλασιασμὸν et supra in praeparatione ad demonstrationem voce: ὁσαιδηποτοῦν.

ratione ac I. 47. Praeterea ope VI. 31. deducta quoque ex I. 47 problemata generaliorem formam induunt. Cf. Pfleiderer. l. c §. 305. Clavius ad h. l. Tacquet et Whiston, in Cor. ad hanc propositionem.

Obs. 5. Denique notabimus, Austino omnes propositiones 27—31 spurias esse videri, non quod ipsarum utilitatem neget, quam potius de propositionibus 27—29 agnoscit, at non sufficere putat ad eas Euclidi vindicandas, sed maxime ob usum vocis εἶδος alias apud Euclidem non occurrentis, de qua diximus in Obs. 3. ad VI. 20, et quod demonstrationum concatenatio inter VI. 26 et VI. 32. quae inter se cohaereant, abrupta sit. Praeterea VI. 30. adeo facile ad II. 11. referri, ut ea non opus sit. Denique, quoad VI. 31. patere (it is evident) omnes figuras similes rectilineas descriptas super quibusdam rectis ad se invicem in eadem ratione esse, ac alias quascunque similes figuras rectilineas super iisdem rectis descriptas, unde res facile ex I. 47. conficiatur. Nobis turbatus quidem ordo propositionum videtur, omnes autem has propositiones 25—31 spurias esse, vix adducimur, ut credamus.

angulo $E\Theta N$; et si maior est circumferentia BA circumferentia EN maior est et angulus BHA angulo $E\Theta N$; et si minor, minor; quatuor igitur existentibus magnitudinibus, duabus quidem circumferentiis $B\Gamma$, EZ, duobus vero angulis $BH\Gamma$, $E\Theta Z$, sumpta sunt circumferentiae quidem $B\Gamma$, et anguli $BH\Gamma$ aeque multiplicia, et BA circumferentia et BHA angulus, ipsius vero EZ circumferentiae et ipsius $E\Theta Z$ anguli et EN circumferentia et $E\Theta N$ angulus; et ostensum est, si superat circumferentia BA circumferentiam EN, superare et angulum BHA angulum $E\Theta N$ et si aequalis, aequalem; et si minor, minorem esse;

PROPOSITIO XXXII.

Obs. 1. Rob. Simson monet enunciatum propositionis VI. 26. non esse satis generalem, sed eam eo etiam sensu sumi posse, quem indicavimus in Obs. 4. ad VI. 26. Addit, forte etiam aliam fuisse demonstrationem propositionis VI. 26. directam (diversam ab ea, quam Clavius habet, vide Obs. 5. ad VI. 26.) Deinde exhibet aliam paulo breviorem demonstrationem propositionis VI. 32. in hunc modum: Sint duo triangula $A\Theta Z$, $ZH\Gamma$ (f. 398.) quorum duo latera $A\Theta, \Theta Z$ duobus lateribus $HZ, H\Gamma$ proportionalia sint, sc. sit ut $A\Theta$ ad ΘZ ita HZ ad $H\Gamma$; parallela autem sit ΘA ipsi HZ, et ΘZ ipsi $H\Gamma$: erit AZ ipsi $Z\Gamma$ in directum. Ducatur ΓK parallela ipsi ZH (I. 31.) occurratque rectae ΘZ productae in K. Quoniam igitur utraque $A\Theta$, ΓK parallela est ipsi ZH, erunt et $A\Theta, K\Gamma$ inter se parallelae (I. 30.), quare anguli $A\Theta Z$, $ZK\Gamma$ sunt inter se aequales (I. 29.) Est autem $A\Theta$ ad ΘZ ut (ZH ad $H\Gamma$, h. e. (I. 34), ut) ΓK ad KZ; et sunt circa aequales angulos; ergo (VI. 6.) aequiangula sunt $A\Theta Z$, ΓKZ triangula, et propterea angulus $AZ\Theta$ aequalis est angulo ΓZK, est autem ΘZK recta linea; igitur AZ ipsi ΓZ est in directum. (I. 14.). Ope huius propositionis, deinde VI. 26. ita demonstrat. Si duo ὑπὸ ΕΘΝ· καὶ εἰ ἴση, ἴση· καὶ εἰ ἐλάσσων, ἐλάσσων· ἔστιν ἄρα ὡς ΒΓ περιφέρεια πρὸς τὴν ΕΖ, οὕτως ἡ ὑπὸ ΒΗΓ γωνία πρὸς τὴν ὑπὸ ΕΘΖ. Ἀλλ' ὡς ἡ ὑπὸ ΒΗΓ γωνία πρὸς τὴν ὑπὸ ΕΘΖ οὕτως ἡ ὑπὸ ΒΑΓ πρὸς τὴν ὑπὸ ΕΔΖ, διπλασίων γὰρ ἑκατέρα ἑκατέρας· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΒΓ περιφέρεια πρὸς τὴν ΕΖ περιφέρειαν οὕτως ἥτε ὑπὸ ΒΗΓ γωνία πρὸς τὴν ὑπὸ ΕΘΖ, καὶ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ πρὸς τὴν ὑπὸ ΕΔΖ.

Ἐν ἄρα τοῖς ἴσοις κύκλοις αἱ γωνίαι τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον ταῖς περιφερείαις, ἐφ' ὧν βεβήκασιν· ἐάν τε πρὸς τοῖς κέντροις, ἐάν τε πρὸς ταῖς περιφερείαις ὦσι βεβηκυῖαι. Ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

parallelogramma similia et similiter posita communem habuerint angulum aut angulos ad verticem oppositos; erunt illorum diametri in recta linea. Primo habeant parallelogramma *ΑΒΓΔ* *ΑΕΖΘ* communem angulum *ΒΑΔ*, sintque similia et similiter posita, erunt *ΑΒΓΔ*, *ΑΕΖΘ* circa eandem diametrum. Producantur enim *ΕΖ*,*ΓΖ* ad *Η*,*Κ* et iungantur *ΖΑ*,*ΖΓ*. Quoniam igitur similia sunt *ΑΒΓΔ*, *ΑΕΖΘ* parallelogramma, erit *ΔΑ* ad *ΑΒ*, ut *ΘΑ* ad *ΑΕ*; quare reliqua *ΔΘ* erit ad reliquam *ΕΒ* ut *ΘΑ* ad *ΑΕ* (V. 19. Cor.) Est autem *ΔΘ* aequalis ipsi *ΖΗ*, *ΕΒ* ipsi *ΓΗ*, et *ΑΕ* ipsi *ΘΖ*. Ergo ut *ΖΗ* ad *ΓΗ* ita *ΔΘ* ad *ΘΖ*; et parallelae sunt *ΖΗ*, *ΓΗ* ipsis *ΔΘ*, *ΘΖ*; et triangula *ΔΘΖ*, *ΖΗΓ* ad unum angulum composita sunt in puncto *Ζ*; quare erunt *ΑΖ*, *ΖΓ* sibi ipsis in directum (VI. 32.). Secundo, sint parallelogramma *ΚΖΗΓ*, *ΘΖΕΑ* similia et similiter posita, habeantque angulos *ΚΖΗ*, *ΕΖΘ* ad verticem oppositos; erunt diametri *ΑΖ*, *ΖΓ* sibi ipsis in directum. Quoniam enim parallelae sunt *ΑΘ*, *ΘΖ* ipsis *ΖΗ*, *ΗΓ*, et est *ΑΘ* ad *ΘΖ* ut *ΖΗ* ad *ΗΓ*; erunt *ΑΖ*, *ΖΓ* in directum (VI. 32.).

Obs. 2. Clavius monet, ut vera sit propositio VI, 32, duo ista, de quibus sermo est, triangula, ita secundum unum est igitur (V. Def. 5.) ut circumferentia $B\Gamma$ ad circumferentiam EZ ita angulus $BH\Gamma$ ad angulum $E\Theta Z$. Sed (V. 15.) ut angulus $BH\Gamma$ ad angulum $E\Theta Z$ ita angulus $BA\Gamma$ ad angulum $E\Delta Z$; duplus enim uterque utriusque; (III. 20.) ut igitur circumferentia $B\Gamma$ ad circumferentiam EZ ita et angulus $BH\Gamma$ ad angulum $E\Theta Z$, et angulus $BA\Gamma$ ad angulum $E\Delta Z$.

In aequalibus igitur circulis anguli eandem habent rationem quam circumferentiae quibus insistunt; sive ad centra, sive ad circumferentias insistant. Quod oportebat ostendere.

angulum composita esse debere, ut uterque angulorum a lateribus proportionalibus comprehensus alternus sit illi angulo, secundum quem triangula componuntur.

PROPOSITIO XXXIII.

Obs. 1. In praeparatione demonstrationis loco arcuum ΓK, KA arcui $B\Gamma$ aequalium anguli ΓHK, KHA angulo $BH\Gamma$ aequales poni possunt iuberi. Modum hoc faciendi immediate docet I. 23. Modus prius faciendi nititur IV. 1; III. 28. immediate autem non exponitur, nisi addere velis ut IV. 1. Cor. (Pfleiderer.)

Obs. 2. Si in parte secunda propositionis sectores occurrant semicirculo aequales aut maiores, bisecando illi facile ad sectores minores semicirculo reducentur. Caeterum angulos gibbos etiam per demonstrationem partis primae non excludi posse diximus ad III. 20.

Obs. 3. Ex hac propositione sequentia adhuc derivantur Corollaria, quae sunt apud Clavium, Tacquetum, Baermannum, Pfleidererum, aliosque. 1. Ut est angulus ad centrum ad quatuor angulos rectos, ita arcus isti angulo subtensus

Λέγω[1] ὅτι καὶ ὡς ἡ ΒΓ περιφέρεια πρὸς τὴν ΕΖ περιφέρειαν οὕτως ὁ ΗΒΓ τομεὺς πρὸς τὸν ΘΕΖ τομέα.

Ἐπεζεύχθωσαν γὰρ αἱ ΒΓ, ΓΚ, καὶ ληφθέντων ἐπὶ τῶν ΒΓ, ΓΚ περιφερειῶν τῶν Ξ, Ο σημείων, ἐπεζεύχθωσαν καὶ αἱ ΒΞ, ΞΓ, ΓΟ, ΟΚ.

Καὶ ἐπεὶ δύο αἱ ΒΗ, ΗΓ δυσὶ ταῖς ΓΗ, ΗΚ, ἴσαι εἰσὶ, καὶ γωνίας ἴσας περιέχουσι· καὶ βάσις ἡ ΒΓ τῇ ΓΚ ἐστὶν ἴση, καὶ ἴσον ἐστὶ[2] καὶ τὸ ΒΗΓ τρίγωνον τῷ ΗΓΚ τριγώνῳ. Καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΓ περιφέρεια τῇ ΓΚ περιφερείᾳ, καὶ ἡ λοιπὴ ἡ εἰς τὸν ὅλον ΑΒΓ κύκλον περιφέρεια ἴση ἐστὶ τῇ λοιπῇ τῇ εἰς τὸν αὐτὸν κύκλον περιφερείᾳ[3]· ὥστε καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΒΞΓ τῇ ὑπὸ ΓΟΚ ἐστὶν ἴση· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΒΞΓ τμῆμα τῷ ΓΟΚ τμήματι· καί εἰσιν ἐπὶ ἴσων εὐθειῶν τῶν ΒΓ, ΓΚ. Τὰ δὲ ἐπὶ ἴσων εὐθειῶν ὅμοια τμήματα κύκλων ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΒΞΓ τμῆμα τῷ ΓΟΚ τμήματι. Ἔστι δὲ καὶ τὸ ΒΗΓ τρίγωνον τῷ ΗΓΚ τριγώνῳ ἴσον· καὶ ὅλος ἄρα ὁ ΗΒΓ τομεὺς ὅλῳ τῷ ΗΓΚ τομεῖ ἴσος ἐστίν. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ὁ ΗΚΛ τομεὺς ἑκατέρῳ

1) Peyrardus in Praefat. ad Tom. I. ait: „In texta graeco manuscripti 190 vel Cod. a nequaquam agitur de circulorum sectoribus in ultima sexti libri propositione. *Manus aliena inter lineas et in margine manuscripti exaravit omnia quae ad sectores pertinent*, et quidem, ut in lect. variant. addit, *vocabulis contractis.*" Quum igitur postea ad Cod. a provocet Peyrardus, id saltim de lectione ista ad marginem notata intelligi debet.

2) Pro: ἴσον ἄρα ἐστὶ quod vulgo habent, legendum esse: καὶ ἴσον ἐστὶ recte monet Rob. Simson.

3) Ita leg. Gregorius, cuius lectionem hic restituimus. Peyrardus ex Cod. a habet: *καὶ ἡ λοιπὴ ἡ εἰς τὸν ὅλον κύκλον περιφέρεια ἴση ἐστὶ τῇ λοιπῇ τῇ εἰς τὸν ὅλον κύκλον περιφερείᾳ.*

ad totam peripheriam, et vice versa. Vel etiam, ut angulus

Dico et ut circumferentia $B\Gamma$ ad circumferentiam EZ ita sectorem $HB\Gamma$ ad sectorem ΘEZ.

Iungantur enim $B\Gamma$, ΓK, et sumptis in circumferentiis $B\Gamma$, ΓK, punctis Ξ, O, iungantur et $B\Xi$, $\Xi\Gamma$, ΓO, OK.

Et quoniam duo BH, $H\Gamma$ duabus ΓH, HK aequales sunt, et angulos aequales comprehendunt; et basis $B\Gamma$ basi ΓK est aequalis et aequale est etiam triangulum $BH\Gamma$ triangulo (I. 4.) $H\Gamma K$. Et quoniam aequalis est circumferentia $B\Gamma$ circumferentiae ΓK, et reliqua circumferentia quae complet totum circulum $AB\Gamma$ aequalis est (3 Ax.) reliquae circumferentiae quae eundum circulum complet; quare et angulus $B\Xi\Gamma$ angulo ΓOK est aequalis (III. 27.); simile igitur est (III. Def. 11.) segmentum $B\Xi\Gamma$ segmento ΓOK; et sunt super aequales rectas $B\Gamma$, ΓK. Sed similia segmenta circulorum super aequales rectas aequalia inter se sunt (III. 24.); aequale igitur est segmentum $B\Xi\Gamma$ segmento ΓOK. Est autem et triangulum $BH\Gamma$ triangulo $H\Gamma K$ aequale; et totus igitur sector $HB\Gamma$ toti sectori $H\Gamma K$

ad centrum est ad angulum rectum, itaarcus isti angulo subtensus ad quadrantem circuli. 2) Diversorum circulorum arcus qui aequales subtendunt angulos, sive ad centra, sive ad peripherias, sunt similes. Et vice versa arcus similes aequales angulos subtendunt, ubi nempe similes duorum circulorum arcus dicuntur ii, qui ad integras circumferentias, quarum partem constituunt, eandem utrimque rationem habent. 3) Duae semidiametri a concentricis peripheriis arcus auferunt similes. 4) Hisce innititur vulgaris ratio angulos metiendi per arcus, qui illos subtendunt. Si enim, datis tota circumferentia cuius-cunque circuli divisa in certum numerum partium aequalium v. c. 360, qui gradus vocantur, disquiritur ope instrumenti goniometrici, τῶν ΗΚΓ, ΗΓΒ ἴσος ἐστίν· οἱ τρεῖς ἄρα τομεῖς οἱ ΗΒΓ, ΗΓΚ, ΗΚΛ ἴσοι ἀλλήλοις εἰσίν. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ οἱ ΘΕΖ, ΘΖΜ, ΘΜΝ τομεῖς ἴσοι ἀλλήλοις εἰσίν· ὁσαπλασίων ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΛ περιφέρεια τῆς ΒΓ περιφερείας, τοσαυταπλασίων ἐστὶ καὶ ὁ ΗΒΛ τομεὺς τοῦ ΗΒΓ τομέως. Διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ὁσαπλασίων ἐστὶν ἡ ΕΝ περιφέρεια τῆς ΕΖ περιφερείας, τοσαυταπλασίων ἐστὶ καὶ ὁ ΘΕΝ τομεὺς τοῦ ΘΕΖ τομέως. Εἰ ἄρα ἴση ἐστὶν ἡ ΒΛ περιφέρεια τῇ ΕΝ περιφερείᾳ, ἴσος ἐστὶ καὶ ὁ ΗΒΛ τομεὺς τῷ ΘΕΝ τομεῖ· καὶ εἰ ὑπερέχει ἡ ΒΛ περιφέρεια τῆς ΕΝ περιφερείας, ὑπερέχει καὶ ὁ ΗΒΛ τομεὺς τοῦ ΘΕΝ τομέως· καὶ εἰ ἐλλείπει, ἐλλείπει. Τεσσάρων δὴ ὄντων μεγεθῶν, δύο μὲν τῶν ΒΓ, ΕΖ περιφερειῶν, δύο δὲ τῶν ΗΒΓ, ΘΕΖ τομέων, εἴληπται ἰσάκις πολλαπλάσια [1] τῆς μὲν ΒΓ περιφερείας, καὶ τοῦ ΗΒΓ τομέως, ἥτε ΒΛ περιφέρεια καὶ ὁ ΗΒΛ τομεύς, τῆς δὲ ΕΖ περιφερείας καὶ τοῦ ΘΕΖ τομέως ἰσάκις πολλαπλάσια [1], ἥτε ΕΝ περιφέρεια καὶ ὁ ΘΕΝ τομεύς. Καὶ δέδεικται ὅτι εἰ ὑπερέχει ἡ ΒΛ περιφέρεια τῆς ΕΝ περιφερείας, ὑπερέχει καὶ ὁ ΗΒΛ τομεὺς τοῦ ΘΕΝ τομέως· καὶ εἰ ἴση, ἴσος· καὶ εἰ ἐλλείπει, ἐλλείπει· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΒΓ περιφέρεια πρὸς τὴν ΕΖ, οὕτως ὁ ΗΒΓ τομεὺς πρὸς τὸν ΘΕΖ τομέα.

1) Verbis: ἰσάκις πολλαπλάσια addenda esse: ἃ ἔτυχε, recte monet Rob. Simson.

quot gradus sint in duobus arcubus circuli alicuius, patet per VI. 33. rationem angulorum, quos hi arcus subtendunt, in numeris exhiberi posse. Et si unus angulus consideratur, et numerus graduum in arcu ad eum pertinente inventus est:

aequalis est. (2. Ax.) Ex eadem ratione et sector $HK\Delta$ utrique ipsorum $HK\Gamma$, $H\Gamma B$ aequalis est; tres igitur sectores $HB\Gamma$, $H\Gamma K$, $HK\Delta$ aequales inter se sunt. Similiter et sectores ΘEZ, ΘZM, ΘMN aequales inter se sunt; quam multiplex igitur est circumferentia $B\Delta$ circumferentiae $B\Gamma$, tam multiplex est et sector $HB\Delta$ sectoris $HB\Gamma$. Ex eadem ratione et quam multiplex est circumferentia EN circumferentiae EZ, tam multiplex est et sector ΘEN sectoris ΘEZ; si igitur aequalis est circumferentia $B\Delta$ circumferentiae EN aequalis est et sector $HB\Delta$ sectori ΘEN; et si superat circumferentia $B\Delta$ circumferentiam EN, superat et sector $HB\Delta$ sectorem ΘEN; et si deficit, deficit. Quatuor igitur existentibus magnitudinibus, duobus quidem circumferentiis $B\Gamma, EZ$, duobus vero sectoribus $HB\Gamma, \Theta EZ$, sumpta sunt aeque multiplicia ipsius quidem circumferentiae $B\Gamma$ et ipsius sectoris $HB\Gamma$, circumferentia $B\Delta$, et sector $HB\Delta$, circumferentiae vero EZ et sectoris ΘEZ aeque multiplicia, circumferentia EN et sector ΘEN. Et ostensum est si superat circumferentia $B\Delta$ circumferentiam EN, superare et sectorem $HB\Delta$ sectorem ΘEN; et si aequalis sit, aequalem esse et si deficit, deficere; est igitur (V. Def. 5.) ut circumferentia $B\Gamma$, ad circumferentiam EZ, ita sector $HB\Gamma$ ad sectorem ΘEZ.

constat ratio anguli ad 4. rectos per nr. I. Sit e gr. numerus graduum, quos arcus habet $= 45$, erit angulus ad eum arcum pertinens: 4 rect. $= 45 : 360 = 1 : 8$. Caeterum loco 360 partium vel graduum, in quos vulgo circumferentiam quamcunque dividere solent, recentiores Galli eam in 400, adeoque quadrantem in 100 partes aequales dividere instituerunt. 5) Mensura quoque angulorum circulo insistentium, quorum

ΠΟΡΙΣΜΑ.

Καὶ δῆλον ὅτι καὶ ὡς ὁ τομεὺς πρὸς τὸν τομέα οὕτως καὶ ἡ γωνία πρὸς τὴν γωνίαν.

vertex intra vel extra circulum est, facile habetur per summam vel differentiam arcuum, quibus insistunt. 6) Inaequalium circulorum arcus sunt in ratione composita ex rationibus angulorum ad centrum et peripheriarum. Denique notandum est, apud Clavium ad calcem libri VI. plura adhuc addita esse theoremata et problemata, quorum multa versantur circa

COROLLARIUM.

Et manifestum est (V. 11.) et ut sector ad sectorem ita esse angulum ad angulum.

inventionem superficierum proportionalium. Et sunt quidem illa, ut Clavius ait, scitu non iniucunda, et augeri etiam eorum numerus facile poterat e scriptis veterum et recentiorum Mathematicorum. At, memores, nos in Elementis versari, noluimus nimii esse.

EXCURSUS

AD

ELEMENTORUM

L. V. et maxime ad Def. 5. et 7.

A primis inde litterarum in Europa restitutarum temporibus ad nostram usque aetatem haud defuere Mathematici, qui in libro quinto Elementorum Euclidis multa difficilia, obscura, haud satis explicata esse contenderent, quum contra alii hunc ipsum librum pulcherrimum ingenii Euclidei foetum iudicarent. Gravissima autem dubia, quae contra demonstrationes in hoc libro obvias afferunt, ipsa fundamenta, quibus illae nituntur, spectant, definitiones nempe rationum aequalium aut inaequalium, et ad haec fere redeunt. Euclidem aiunt (v. c. Borellus Euclid. restitut. L. III. Ax. VI. et quae ad illud observat) multifariam rationem et proportionem (aut, ut alii dicunt, proportionalitatem) magnitudinum definivisse duplici modo, primo quidem in libro quinto, et aliter deinde in libro septimo, quod ipsum indicio sit eum sibi ipsi non constitisse, aut forte in primis istis definitionibus ipsum sibi non satisfecisse. Eam autem potissimum definitionem rationum aequalium aut inaequalium, cui integer fere liber quintus superstruatur, nempe 5. Def. V. et 7. Def. V. esse subobscuram, nec naturam rei definitae satis declarare aut distinguere a quavis alia, et notissimas adeo magnitudinum proportionalium proprietates inde deduci non posse v. c. propositionem: si quatuor magnitudines proportionales fuerint, et prima superet secundam, tertiam quoque necessario excedere quartam. Defectum autem definitionis 5tae et 7mae in eo potissimum latere, quod ea quae in his Definitionibus de magnitudinibus, quae eandem aut non eandem rationem inter se habeant, dicantur, non sint proprietas prima et omnium notissima, quae istis magnitudinibus competat, qualis tamen esse debeat illa, quae definitionem scientificam constituat. Plura alia adhuc carpit in his definitionibus Thom. Simpson, de quibus infra videbimus. Consulto omisimus obiectiones manifesto falsas, a Ramo, iniquissimo illo Euclidis reprehensore aliisque factas, qui male intellecta Euclidis definitione — in quem errorem a Campano (vid. obs. supra ad Def. V. 5.) inducti fuisse videntur — calumniantur Euclidem generalem datorum proportionem definire per specialem aequemultiplicium proportionem. Et fortasse falsa ista Campani expositio causa fuerit, cur multi primo post litteras renatas tempore Euclidem male intelligerent. (Cf. Barrow. Lect. 1666. Lect. VII.) Tacquetus etiam putat (Element. Euclid. Geometr, planae ac solidae L. V. ab initio) Euclidis definitionem non naturam aequalium rationum sed affectionem solummodo aliquam explicare. Et illam multiplicium proprietatem adduci vel tanquam signum infallibile rationum aequalium ut, quandocunque ea demonstrata fuerit de quibusvis rationibus, inferre certo liceat, aequales eas esse: vel eum illius sensum esse, ut per magnitudines eandem rationem habentes nihil aliud intelligi velit quam eas quarum multiplices modo iam dicto excedant vel excedantur. Si prius, demonstrare debuisse Euclidem, eam affectionem omnibus et solis rationibus aequalibus inesse. Id vero nec Euclidem nec alium quemquam demonstrasse. Si posterius, securos nos quidem esse de veritate theorematum in sensu definitionis acceptorum, minime tamen ex vi demonstrationum nobis constare de absoluta rationum aequalitate. — Taquetus itaque fundamenti loco sumere videtur, aliunde constare, quid sit rationum aequalitas et demonstrandum esse, cum vulgari isto conceptu de rationum aequalitate necessario coniunctam esse eam quam Euclides affert, proprietatem, et vice versa. Eodem fere redire videntur, quae Galilaei monet (vid. principio della

Quinta Giornata del Galileo dettata ad Evang. Torricelli in Elem. Euclid. Ital. editis a Carlieri Flor. 1769. p. 117.) qui ita habet: Quodnam ingenium adeo felix est, ut certo sciat, quatuor magnitudinum proportionalium aequemultipla semper (Euclideo more) inter se convenire? Aut quis novit, ista aequemultipla non semper convenire, etiamsi istae magnitudines non sint proportionales? — Euclidis itaque illud assertum Theorema potius esse ait, quam definitionem. Et varia haec contra Euclidis theoriam dubia alii alio modo evitare vel refellere studuerunt. Atque ii quidem, qui nulla Euclidis ratione habita diversam ab eo quantitatum proportionalium theoriam dederunt, huc non pertinent. Inter eos autem, qui sua cum Euclide conciliare voluerunt, ii maxime perfunctorie versati esse videntur, qui ut Tacquetus, Toricellius, van Swinden aliique plurima ab Euclide demonstrata theoremata v. c. 7. V. 8. V. 9. V. Axiomatum fere loco habuerunt, quippe quae declaratione potius subinde aliqua, quam demonstratione egere putarent. Aliam deinde rationum aequalium notionem sumentes, demonstrare sategerunt, Euclidis notionem cum ea qua ipsi usi erant, convenire, atque ex ea derivari posse. Perfunctorie diximus eos in hac re versatos esse. Neque enim hoc est demonstrare v. c. duas rationes, quae eidem tertiae aequales sint aequales esse inter se, si tantum affirmaveris, rem ita se habere, nec provocare licet ad Ax. I. 1. quum id, quod de duabus magnitudinibus valet, nequaquam applicari semper possit ad duas, quae inter magnitudines obtinent, rationes aut relationes. Ad demonstrandum autem Euclideam notionem rationum aequalium cum sua notione convenire, plerique ut per se clarum sumunt, datis tribus quantitatibus A, B, C, dari semper quartam, ad quam C eandem rationem habeat, quam habet A ad B quod pariter sine demonstratione, qua ratione illa quantitas D inveniri possit, sumere a rigore Euclidi solemni alienum esse videtur. Id tamen, praeeunte Campano et Clavio, qui caeterum cum Tacqueto in hac re nihil commune habet, sibi permiserunt Tacquetus, Galilaei, Carlieri, aliique. Saccherius contra (Euclid. ab omni naevo restitut. p. 111 sqq.) quam maxime instat, illud postulatum in Geometria sumere haud licere. Cf. Pfleiderer. de dimens. Circuli P. II. §§. 51. 52. et Rob. Simson in notis ad V. 18. Plura praeterea alia notatu dignissima contra Tacqueti similesque aliorum obiectiones habet Barrow in Lection. Cantabrig. habitis 1666. Lect. VII. e quibus haec adhuc afferemus. «Nulla, inquit p. 297 sqq., definitio rei cuiusvis naturam aliter explicat, quam aliquam eius affectionem necessariam et reciprocam, id est, huic nostrae parem, assignando. Qui circulum e radiorum paritate, triangulum e trium rectarum concursu spatium includente etc. definit, quid aliud quam figurarum istarum naturam ex affectionibus quibusdam suis explicat? Nec dari aut concipi potest natura ab affectionibus eiusmodi necessariis distincta, iisve prior. Habere talem aliquam affectionem ipsa rei natura est, ei essentiale est, eam constituit. Unde qui dicit: res talem habens affectionem, eius naturam explicat. Igitur Euclides cum proportionalium affectionem necessariam exhibuerit, eius naturam, quantum fieri solet et potest, abunde declaravit et explicuit. Caeterum Euclidi reliquisque definitionum auctoribus lex iniusta et impossibilis figitur, scilicet, ut demonstrent, definitionis praedicatum subiecto convenire: non tenentur, neque possunt id demonstrare, sed gratis assumunt, hoc est, attributo proprium subiecti nomen imponunt ex arbitratu suo. Num incumbit mihi demonstrare, circuli nomen solis pares radios habentibus figuris competere? Minime vero, sed iis omnibus et solis iure meo circuli nomen adsigno. Eodem plane modo pro lubitu suo (quamvis non temere nec imprudenter, at certis de causis iustis illis et idoneis) aequalium rationum nomen attribuit ὁ στοιχειωτὴς omnibus et solis dicta proprietate praeditis rationibus; proportionalium appellamentum appropriat quantis conditionem istam obtinentibus; unde propterea hoc ipsum rationum aequalium et quantorum proportionalium nomen censendum est iis omnibus et solis congruere. — *Unicum est, quod definitionis auctor ostendere tenetur (exemplis scilicet ad sensum claris aut per evidentem discursum) attributum definitionis impossibile nihil aut mere imaginarium complecti, sed revera posse res existere proprietate seu conditione supposita praeditas:* —

Cum igitur perfacile perspicueque probari possit, idque passim praestetur ab Euclide, ubicunque definitionem hanc applicet materiae cuivis determinatae, dari quanta, quibus conveniat huiusce definitionis hypothesis, nihil amplius est exigendum, eique licet optimo iure quantis iis omnibus et solis proportionalium nomen affigere. — Caeterum quod, hanc proprietatem proportionalibus accidere, theorema esse dicunt, respondeo, quod secundum rem ipsam omnis definitio est theorema, propositio scilicet demonstrabilis ex aliis subiecti definitionibus aut ex aliis reciprocis affectionibus prius attributis subiecto. Vicissim omne theorema poterit in definitionem compingi." Simili fere ratione indicat Saccherius (Euclides ab omni naevo vindicatus p. 123.): „Licitum est unicuique definire, prout ipsi libuerit, terminos suae facultatis, dum tamen ex una parte eos nunquam usurpet, nisi iuxta Definitiones iam stabilitas; et ex altera accusari istae non possint de confusione unius termini cum altero" Cf. idem p. 125. Reapse etiam alii haud negant, iure suo Euclidem definitionem magnitudinum proportionalium eam, quae est Def. V. 5. dare potuisse, at eam tamen intellectu difficilem, et subobscuram, et ab affectione aliqua magnitudinum proportionalium, quae minus obvia sit, petitam esse putant, unde hanc Euclidis definitionem vel explicare, vel pariter ac Tacquetus, firmioribus tamen argumentis nec tot propositionibus Axiomatum loco habitis ex alia faciliore earundem definitione quasi Theorema derivare studuerunt, quo facto demum securo illa uti se posse putarunt. Atque his ipse etiam Clavius annumerandus videtur. Quamvis enim ille asserat, potuisse omnino Euclidem iure suo quantitates proportionales aut non proportionales appellare, ut def. 5 et 7. stabilivit, et quamvis etiam causam, qua permotus Euclides illis definitionibus usus sit, afferat veram omnino ab incommensurabilibus petitam, addit tamen, ex definitionibus istis non videri colligi posse, vere magnitudines, quarum aequemultipla eam conditionem habeant, esse proportionales, vel non proportionales, etiamsi eas solum Euclides velit ita appellare. Itaque ad excusandas Euclidis definitiones haec fere habet. „Si de magnitudinibus saltim rationabilibus quaestio fuisset, potuisset omnino Euclides magnitudines proportionales eodem modo definire ac VII. 20. Def. numeros proportionales. Dicere nempe poterat: Magnitudines proportionales sunt, cum prima secundae et tertia quartae aequemultipla est, vel eadem pars, vel eaedem partes, vel: cum prima secundam, et tertia quartam aequaliter continet, eandemque insuper illius partem, vel easdem partes. Et simili ratione poterat definire magnitudines non proportionales. At quum irrationales quoque complecti vellet, iam non uti poterat hac definitione, quod in irrationalibus maior magnitudo neque multiplex esse potest minoris, neque eam semel, aut aliquoties, et insuper aliquam eius partem aut partes continere. Iam putat Euclidem, cum omnis proportio rationalis sive magnitudinum commensurabilium sit ut proportio numeri ad numerum, circumspexisse primum aliquid, quod certum sit convenire quibuslibet quatuor numeris, sive magnitudinibus eandem habentibus proportionem, vel non eandem, ut si idem illud convenire demonstretur quatuor magnitudinibus etiam incommensurabilibus, iure optimo magnitudines illae quatuor proportionales etiam dici possint, vel non proportionales, quandoquidem eandem habent proprietatem, quam quaelibet magnitudines commensurabiles, eandem habentes proportionem, vel non eandem, necessario habere demonstrantur. Primum itaque, sumtis propositionibus libri VII, quae nullo modo ex V. 5. Def. et V. 7 aut omnino libro V. pendent, ostendit: propositis quatuor numeris proportionalibus, sumtisque primi ac tertii aequemultiplis iuxta quamvis multiplicationem, item secundi et quarti aequemultiplis iuxta quamcunque pariter multiplicationem; si multiplum primi maius sit multiplo secundi, fore etiam multiplum tertii maius multiplo quarti; et si multiplum primi aequale sit multiplo secundi, fore et multiplum tertii aequale multiplo quarti; si denique multiplum primi minus sit multiplo secundi, fore et multiplum tertii minus multiplo quarti. Quod ita demonstrat. Sint quatuor numeri proportionales a, b, c, d. Quoniam igitur $a:b = c:d$, erit (VII. 13,) permutando, $a:c = b:d$. Iam, si sumtum fuerit ma, mc, erit $ma:mc = a:c$ (VII, 17,) pariterque, si sumtum fuerit rb, rd, erit rb : rd = b : d, unde ex lemmate quod Clavius habet ad VII. 14, erit ma : mc = rb : rd, et permutando (VII. 13.) ma : rb = mc : rd, unde, si ma >=< rb, erit mc >=< rd, quod ex VII. 20, Def. consequitur i. e. ex vulgari numerorum proportionalium Definitione consequitur ea eorum proprietas, quam Euclides V. 5. Def. exprimit. Deinde similiter demonstrat, si a : b > c : d, sumi posse aliqua multipla, ma, mc, et rb, rd, ita ut ma > rb, at non mc > rd, quod satis prolixe evincit. Itaque ex vulgari numerorum non proportionalium Definitione consequitur ea eorum proprietas, quam Euclides habet 7. Def. V. Pariter deinde vice versa ostendit, e Definitionibus Euclidis 5. et 7. libri V. ad numeros applicatis, consequi vulgares numerorum proportionalium et non proportionalium Definitiones. Addit deinde, in magnitudinibus, quae aliis incommensurabiles sint, et quae ex Def. 5, V. proportionales sint, eam plerumque reperiri proportionem, quae in numeris exhiberi possit, nec unquam hactenus aliquid falsi aut absurdi ex applicatione Def. 5. et 7. ad magnitudines incommensurabiles deductum esse, unde colligit, generaliter recte se habere Definitiones 5, V. et 7. V. Quae tamen argumentatio an satis certa sit, quam maxime dubitamus. Coniectura illa potius, satis forte probabilis, quam demonstratio mathematica fuerit.

Giortano da Bitonto explicatione saltim aliqua opus esse putat, quo melius Definitio 5, V, quae multis obscura, et e principio remoto petita esse visa sit, intelligi possit. Hanc autem explicationem sequentibus Propositionibus Definitioni isti praemittendis, facileque probandis exhiberi posse putat:

Prop. 1. Si duae magnitudines sint multiplae alicuius tertiae, erunt illae aequales, si aequemultiplae illius tertiae fuerint; sin autem non aequemultiplae fuerint, ea, quae tertiam saepius continet, maior erit.

Prop. 2. Vice versa, si duae magnitudines sint multiplae alicuius tertiae, sintque istae magnitudines aequales, erunt illius tertiae aequemultiplae; sin autem fuerint inaequales, maior saepius eandem tertiam continebit, quam minor.

Prop. 3. Si sint duae magnitudines A, B duarum C, D aequemultiplae (v. c. A = mC, B = m D), et sint aliae duae

E, F pariter aequemultiplae earundem C, D (v. c. $E = rC$, $F = rD$), erit, si $A >=< E$, etiam $B >=< F$. (i. e. si $mC >=< rC$, erit etiam $mD >=< rD$).

Prop. 4. Si sint 4 magnitudines A, B, C, D, sitque prima A aequemultipla aut aequesubmultipla secundae B, ac tertia C est quartae D $\left(\begin{matrix}\text{scilicet, si } A = mB, & \text{et simul } C = mD \\ \text{vel } A = \frac{1}{m}B & \text{vel } C = \frac{1}{m}D\end{matrix}\right)$ sumantur primae et tertiae quaecunque aequemultipla F, G, (puta $F = pA$, $G = pC$), et secundae et quartae aequemultipla H, I (v. c. $H = rB$, $I = rD$) erit, prout $F >=< H$, etiam $G >=< I$ (i. e. prout $pA >=< rB$, etiam $pC >=< rD$). Atque haec iam sufficiunt ad probandam Definitionis 5, V. possibilitatem, sive ad ostendendum, ut Barrow ait, attributum definitionis nihil impossibile aut mere imaginarium complecti, sed revera posse res existere proprietate seu conditione supposita praeditas. Simili deinde ratione possibilitatem Definitionis 8, V. ostendere studet.

Galilaei (in Dialogo supra citato) primum quatuor magnitudines A, B, C, D proportionales esse dicit, si vel $A = B$, pariterque $C = D$, vel si $A = mB$, et $C = mD$ i. e. si prima secundae B aequemultipla fuerit ac tertia C quartae D, vel, ut postea (ut Definitio irrationales magnitudines quoque comprehendat), at forte minus perspicue dicit, si excessus primae A super secundam B similis sit excessui tertiae C super quartam D. Atque ad hunc casum invertendo reduci posse ait eum, quo prima minor sit secunda, et tertia minor quarta. Hanc deinde Definitionem (quam caeterum irrationales quoque magnitudines clare satis complecti vix putaverim) cum Euclidea convenire ostendere vult hac fere ratione. Facile patere ait, si $A:B = C:D$, fore et $2A:B = 2C:D$, et generaliter $mA:B = mC:D$, pariterque $A:2B = C:2D$, et generaliter $A:pB = C:pD$, et adhuc generalius $mA:pB = mC:pD$, unde ex Definitione Galilaei consequatur, si sit $A:B = C:D$, adeoque et $mA:pB = mC:pD$, fore et, quoties $mA >=< pB$, simul $mC >=< pD$, quae sit conversa Definitionis Euclideae. Haec est Galilaei Prop. 1.

Similiter deinde, posquam quatuor magnitudines A, B, C: D non proportionales esse dixerat, si A aliquanto maior fuerit ea magnitudine A—E, quae ita comparata est, ut $A-E:B=C:D$, ex hac Definitione satis prolixe ostendit, consequi Conversam Def. 8, V. nempe tum esse posse aliquando $mA>pB$, quamvis non sit $mC>pD$. Sumatur nempe magnitudinis E tale multiplum mE, ut sit $mE>B$, pariterque sumantur magnitudinum A—E, et C aequemultipla m (A—E), mC. Pariter sumatur magnitudinis B tale multiplum pB, quod ex multiplis magnitudinis B primum maius sit magnitudine m (A—E), ita nempe, ut sit quidem $pB>m\ (A-E)$, at $(p-1)\ B \overline{\overline{<}} m\ (A-E)$, vel, quod eodem redit, $m\ (A-E) \overline{\overline{>}} (p-1)\ B$, pariterque magnitudinis D sumatur aequemultiplum p. D. Iam si addantur mE et m (A—E), erit eorum summa, nempe mA (ob $mE>B$, et $m\ (A-E) \overline{\overline{>}} (p-1)\ B$) semper $>pB$. At, quum $A-E:B=C:D$, erit ex Galil. Prop. 1. quoties $m\ (A-E)<pB$, etiam $mC<pD$. Sumtum autem est $m\ (A-E) <pB$: itaque necessario $mC<pD$, quamvis sit $mA>pB$. Itaque, si quatuor magnitudines A, B, C, D non proportionales sunt, semper talia aequemultipla primae et tertiae, pariterque aliqua aequemultipla secundae et quartae inveniri possunt, ut sit quidem multiplum primae maius multiplo secundae, at multiplum tertiae non maius multiplo quartae, quae est Conversa 8. Def. V. seu Galil. Prop. 2.

His praemissis, iam Definit. 5, V, et 7, V. ex suis Definitionibus consequi, ita ostendit Galilaei, Si sint 4 magnitudines A, B, C, D ita comparatae, ut, quoties $mA>=<pB$, etiam $mC>=<pD$, erit $A:B=C:D$. Si enim non sit $A:B=C:D$, sit e. g. A maior ea magnitudine A—E, quae ita comparata est, ut sit $A-E:B=C:D$, poteruntque ex Propositione Galilaei 2 talia aequemultipla mA, mC primae ac tertiae, pariterque aequemultipla pB, pD secundae et quartae inveniri, ut sit quidem $mA>pB$, at non simul $mC>pD$, quod est contra hypothesin. Atque haec est Galilaei Propos. 3.

Pariter denique Definitionem 7, V. ex suis Definitionibus ita deducit Galilaei. Si sint 4 magnitudines A, B, C, D ita comparatae, ut sit quidem $mA > pB$, at non simul $mC > pD$, erit $A : B > C : D$, vel A maior erit ea magnitudine, quae ita comparata est, ut ad B eandem rationem habeat, quam habet C ad D. Si enim A non maior est ista magnitudine, illi aut aequalis, aut minor ea erit. Si illi aequalis sit, erit ex Prop. 1. Galilaei, quoties $mA > pB$, etiam $mC > pD$, quod est contra hypothesin. Sin autem prima A minor sit ea magnitudine, quae ad secundam eandem rationem habet, quam tertia habet ad quartam, id indicio est, tertiam maiorem esse ea, quae ad quartam eandem habet rationem, quam prima ad secundam. Erit itaque aliquo $C - E$ ita comparata, ut $A : B = C - E : D$, adeoque ex Prop. 1. Galilaei, quoties $mA \gtreqless pB$, erit $m(C - E) \gtreqless pD$. At posuimus $mA > pB$, itaque erit $m(C - E) > pD$, unde multo magis $mC > pD$, quod est contra hypothesin. Fieri igitur nequit, ut A non maior sit ea magnitudine, quae ad B eandem rationem habet, quam C ad D; maior itaque erit, sive erit $A : B > C : D$, quae est Propositio 4. Galilaei.

Borellus autem, de cuius dubiis contra Euclidis methodum mox videbimus, pariter ab alia magnitudinum proportionalium et non proportionalium Definitione progreditur, distinctis casibus, quibus illae magnitudines vel commensurabiles sunt, vel non. Nempe si quatuor quantitatum prima secundae, et tertia quartae aeque multiplae fuerint, vel eadem pars, vel eaedem partes: quatuor quantitates vocantur proportionales commensurabiles, et proportio (ratio) commensurabilis quantitatis primae ad secundam eadem vel aequalis proportioni (rationi) quantitatis tertiae ad quartam. Sin autem quantitas prima maior (vel minor) fuerit illa quantitate, quae ad secundam eandem rationem commensurabilem habet, quam tertia habet ad quartam: vocatur ratio primae ad secundam maior (vel minor) commensurabili ratione tertiae ad quartam. Si vero quatuor quantitatum antecedentes fuerint incommensurabiles consequentibus, et ratio quantitatis primae ad secundam maior (minor) fuerit, atque ratio quantitatis tertiae ad quartam minor (maior) sit eadem tertia commensurabili ratione: vocatur ratio primae quantitatis ad secundam maior (minor) illa incommensurabili ratione, quam tertia habet ad quartam. Denique si in quatuor incommensurabilibus quantitatibus ratio primae ad secundam non fuerit maior nec minor ea ratione incommensurabili, quam tertia habet ad quartam: tum ratio incommensurabilis primae ad secundam eadem vocatur rationi tertiae ad quartam, et quatuor istae quantitates vocantur proportionales incommensurabiles. His deinde Definitionibus suam proportionalium theoriam superstruit, et denique ad finem libri Euclideas Definitiones ut theoremata e suis deducit. Et ipse etiam Barrovius iudicat, eius methodum in se spectatam admodum pulchram et elegantem esse (lll. c. p. 333 et 314.) et, si nulla daretur alia, haberi posse pro sufficiente ac satis absoluta, ac fuisse eum in sua methodo exstruenda feliciorem quam in Euclidea diruenda. Displicet tamen ei in Definitionibus Borelli generalis subiecti distractio, et per inferiora circuitus, quum dari possit et ab Euclide exhibeatur rationum aequalium omnigenarum (ut et inaequalium) proprietas aliqua generalis, ex qua possunt universaliter definiri. Minus placet rationum incommensurabilium negativa Definitio, et praeposterum videtur ex inaequalitate de aequalitate statuere. Omnis porro doctrina prolixior, et demonstrationes plerumque apagogicae anfractuosae videntur. Denique potissimum displicet Barrovio harum definitionum ad speciales materias applicatio. Non enim, ut apud Euclidem v. c. in 1, VI. aut 33, VI. definitionum ope statim innotescit, aut ex iis promte deducitur rerum proportionalitas, sed ex intermediis propositionibus, iisque non adeo comprehensu facilibus, et per indirectam argumentationem comprobatis demonstratur. Ad eas autem, quas contra Euclidis doctrinam Borellus affert obiectiones praeter ea, quae supra habuimus, Barrovius monet (p. 314. sequ. coll. p. 306.) obscuritatem illam, quam Euclidi obiiciat, vel in re ipsa positam esse, vel ex interpretum incuria, vel e discentium culpa repetendam esse. Rem ipsam quidem habere omnino aliquid difficultatis propter asymmetriam quantorum, sic ut nemo non arduum esse fateatur, affectionem aliquam proportionalibus aeque congruam deprehendere, definitionem aliquam cunctas rationum aequalitates complectentem exhibere. Quod et hinc pateat, quod praeclaris viris huic morbo remedium adhibere connisis hactenus acciderit, ut vel nihil praestiterint omnino sufficiens, aut viis institerint prolixioribus, nec minus impeditis, et implicitis, aut methodos saltim tradiderint culpae cuiquam graviori subditas: caeterum Euclidis verba esse clarissima, nullam in vocabulis amphibologiam, nullum a prolixitate taedium, semperque directissimum adhibere discursum, hinc tantam obscuritatem aut difficultatem subesse non posse, nisi quis arcanam, nescio quam, naturam, omni definitionem ingrediente proportione priorem, quae certe nulla sit, somniare velit. Interpretes omnino rem omnem exemplis illustribus et appositis illustrare debere, nec eos forte ab omni culpa liberari posse. Maxime vero discentes sibi plerumque deesse. Quum enim definitionis verba clarissima sint, quotusquisque tamen sit, qui iis penitus intelligendis operam navet, qui tantam a suo stomacho patientiam impetret, ut trium lineolarum sensum accurate perpendat? Neque vero (ibid. p. 319.) Euclidem eapropter definitionem suam 5. V. insufficientem iudicasse, quoniam in libro VII. adhibuerit aliam. Sibi minus probata, nedum improbata proferre abhorruisse sane ab Euclidis ingenio. Contra potius, quia septimi libri definitionem omnigenae proportionalitati deprehenderit haud competentem, solis utpote symmetrorum proportionabilibus adaptabilem, hanc vero compererit universis congruam, idcirco, dum hic loci generalem iniret analogiae tractatum, illa reiecta hanc amplexatum esse iure, meritoque. Illam vero (20. Def. VII) symmetris proportionalibus applicuisse non tam necessitatis quam commoditatis gratia, quia nonnihil ad vulgarem captum istius specialis materiae respectu facilior ac simplicior visa fuerit. — His, quae Barrovius habet, addi potest, multis editoribus, et praecipue Rob. Simsoni, ut supra diximus, Defin. 3, V. et 8, V. in quibus pariter de rationibus et rationum aequalitate sermo est, serius additamentum esse videri. — Denique Barrovius addit, quod Borellus criminetur, facillimam Propositionem: si quatuor magnitudines proportionales fuerint, et prima superet secundam, tertiam quoque necessario excedere quartam, e Definitione Euclidis derivari non posse, falsum omnino esse, et posse facillime illam e doctrina Euclidis demonstrari. Ipse etiam eiusmodi demonstrationem exhibet indirectam, sed perspicuam. Atque ita omnibus illis priscae aetatis obiectionibus satisfactum esse videri poterat. At recentiori aetate Euclidis theoriam acerrime denuo impugnavit Thom. Simpson. (Elem. of Geometry Lond. 1800.) Is nempe, postquam ipsius Rob. Simsonis, magni illius Euclidis admiratoris et propugnatoris verbis docuerat, verba, *maior*, *eadem* sive *aequalis*, *minor*, de magnitudinibus et rationibus diverso prorsus sensu dici, adeoque non licere Axiomata de magnitudinibus aut aequalibus aut inaequalibus proposita immediate ad rationes applicare, unde etiam ipse Rob. Simson vulgarem Propos. 10, V. demonstrationem reiiciat, addit, omnem Rob. Simsonis obiectionem eo niti, quod neget, tuto sumi posse, rationem A : C non posse simul maiorem ac minorem esse ratione A : B. At ita ex Defin. 7, V. nunquam quemquam scire, posse, an ratio A : B maior aut minor sit ratione C : D. Nempe Euclidem dicere quidem, esse $A : B > C : D$, si acciderit unquam, ut $mA > nB$, nec tamen simul $mC > nD$. Verum enim vero, qum inter multipla tertiae et quartae pro lubitu sumta quaedam etiam ita comparata esse possint, ut sit $pC > qD$ ut Definitio sibi constet, demonstrandum esse, tum nunquam fieri posse, ut sit simul $pA \overline{=} < qB$. Hoc enim si fieri posset, esset etiam ex Defin. 7, V. $A : B < C : D$. Usquedum igitur hoc praestetur, quod fieri posse haud negare velit, quamvis difficile ipsi videatur, nullius usus esse Definit. 7, V. et totum Euclidis aedificium theoriae proportionum fundamento parum valido superstructum videri. Hinc etiam ipse Propositionem 10, V; 13, V et reliqua iis, aut Definitioni 7, V. innixa prorsus omittit. Caeterum sibi persuasum esse dicit, habuisse omnino homines ante Euclidis tempora aliquam rationum et proportionum notionem magis minus distinctam, quam Euclides aliquantum expoliverit, quo facilius incommensurabilibus adaptari possit, ita vero primam et originariam huius notionis formam adeo immutatam esse, ut aliqua ingenii vi opus sit ad eam in Euclidis Definitionibus agnoscendam. Caeterum multum subtilitatis et acuminis habere hanc Euclidis theoriam, at subobscuram sibi videri, adeoque tantis laudibus efferri, ac a Rob. Simsone fiat, haud debere.

Gravia haec contra Euclidis theoriam dubia removeri tamen videntur observationibus, quibus Pfleiderer et Nordmark eam stabilire tentarunt. Prior quidem in Dissertat. Academica: Expositio ac Dilucidatio Libri V. Element. Euclid. P. 1. Tubing. 1782 (Pars II. nunquam prodiit), et potissimum in Dissertatione inserta Promtuarii Mathematici Hindenburg. 7. et 8. fasciculo p. 257. sqq. et 440 sqq. ad defendendam Euclidis theoriam haec fere habet, quae, quantum fieri potest, brevissime hic sistimus.

§§. 1—8. Qui rationem duarum magnitudinum eiusdem generis A, B inter se commensurabilium indicare volunt, docent, esse magnitudinem A magnitudinis B aut aliquod multiplum, aut aliquam partem, aut aliquas partes, vel esse aut $A = mB$, aut $A = \frac{1}{n}B$, aut $A = \frac{m}{n}B$, ubi m, $\frac{1}{n}$, $\frac{m}{n}$ exponentis nomine veniunt: sin autem A et B incommensurabiles sint, docent, esse $A > \frac{r}{n}B$ et $< \frac{r+1}{n}B$, ubi $\frac{r}{n}$ et $\frac{r+1}{n}$ limites exponentis rationis $A:B$ vocant. Unde, si quantitates sunt commensurabiles, erit vel $A = mB$, vel $nA = B$, vel $nA = mB$; sin autem sint incommensurabiles, erit $nA > rB$; at $nA < (r+1)B$. Atque in hac ultima expressione de nulla magnitudinum divisione, sed de multiplicatione tantum i. e. repetita additione sermo est, quae simplicior est divisione. Caeterum Euclides, qui hanc ultimo loco positam expressionem adhibet, pariter ac Archimedes (de sphaera et cylindro Libr. 1. et quadrat. parabol. Praef.) tacite postulat, eiusmodi magnitudinum homogenearum minorem ita multiplicari posse, ut superet maiorem.

§§. 9—12. Duas rationes $A:B$, $C:D$ vulgo aequales esse dicunt, si commensurabiles sint A et B, adeoque etiam C et D, quando eundem utraque ratio exponentem habet, aut, si incommensurabiles sunt, quando utriusque exponens intra eosdem semper terminos cadit, h. e. priore casu, si $A=mB$, debet etiam esse $C=mD$; si $A=\frac{1}{n}B$ (vel, quod eodem redit, si $nA=B$) debet simul $B=\frac{1}{n}D$, vel $nB=D$; si $A=\frac{m}{n}B$ (vel $nA=mB$), debet etiam $C=\frac{m}{n}D$, vel $nC=mD$ esse: sin autem incommensurabiles sint, debet pro numero quocunque n, pro quo est $A>\frac{r}{n}B<\frac{r+1}{n}B$ etiam esse $C>\frac{r}{n}D<\frac{(r+1)}{n}D$, vel, ut aliter dicamus: quoties $nA>rB$, at $<(r+1)B$, debet etiam esse $nC>rD$, at $<(r+1)D$, et vice versa. Euclides autem in Definitione V. 5. ad aequalitatem rationum $A:B$ et $C:D$ postulat, ut quoties $nA>=<mB$, sit simul $nC>=<mD$. Euclidis itaque Definitio, quod ad quantitates commensurabiles attinet, eo quidem respectu plus continet quam altera, quam vulgarem vocabimus, quod non tantum vult, si $nA=mB$, debere etiam esse $nC=mD$, sed etiam addit, quoties $nA><mB$, debere etiam esse $nC><mD$. Id vero nihil difficultatis habet, et inservit omnibus una expressione complectendis. Contra autem (§§. 35. 36.) eos quidem casus (quum m, n proprie pro numeris unitate maioribus sumantur) non expresse habet, quibus vel $A=mB$, vel $nA=B$, tacite tamen eos complectitur. Nempe, si $A=mB$, erit simul $pA=pmB$. Ut itaque esse possit $A:B=C:D$, ex Euclidis Definitione simul esse debet $pC=pmD$, adeoque $C=mD$. Pariter, si $nA=B$, erit simul $pnA=pB$. Ut itaque esse possit $A:B=C:D$, erit ex Euclidis Definitione simul $pnC=pD$, adeoque $nC=D$. Quod vero ad quantitates incommensurabiles attinet, ut dici possit, esse $A:B=C:D$, ex Euclidis sententia, quoties $nA>=<mB$, esse debet simul $nC>=<mD$. In his autem conditionibus manifesto continentur conditiones Definitionis vulgaris, quibus, si $nA>rB<(r+1)B$, esse debet simul

$nC > rD < (r+1)D$. Nec opus est iam pro multiplo aliquo nA determinare multipla proxime se insequentia rB, $(r+1)B$, quae ad limites rationis determinandos pertinent, atque hactenus simplicior est Euclidea ratio. Semper itaque, quae ex Euclidis Definitione proportionalia sunt, proportionalia sunt etiam ex Definitione vulgari.

Contra vero, quoties ex vulgari Definitione sit $A : B = C : D$, esse etiam aequalitatem rationum ex Euclidea Definitione, auctor, expositis §§. 14—30. antea quibusdam propositionibus facillimis, quae ad doctrinam de multiplis et aequemultiplis pertinent, et quorum pars est apud Euclidem Prop. 1, V; 2, V; 3, V, aliisque, quae hic pro Axiomatibus vel Lemmatibus sumere liceat, v. c. si $a = b$, esse $ma = mb$, et vice versa; contra, si $a > b$, esse $ma > mb$, et vice versa (cf. Axiom. ad initium libri V.) ita fere §§. 31—46. demonstrat. Ut dici possit, esse $A : B = C : D$, si magnitudines sunt commensurabiles, ex vulgari Definitione erit vel $A = mB$, et simul $C = mD$, vel $nA = B$, et simul $nC = D$; vel $mA = nB$ et simul $mC = nD$. Sit (§§. 31. 32.) 1.) $A = mB$, et $C = mD$, erit itaque, si p denotet numerum quemcunque, etiam $pA = pmB$, et $pC = pmD$. Itaque, quoties $pA >=< qB$ (q pariter denotante numerum quemcunque) erit etiam $pmB >=< qB$, adeoque $pm >=< q$, unde et $pmD >=< qD$ i. e. $pC >=< qD$.

Sit 2.) $nA = B$, $nC = D$, erit etiam $qnA = qB$, et $qnC = qD$. Itaque, quoties $pA >=< qB$, etiam $pA >=< qnA$, et $p >=< qn$, adeoque $pC >=< qnC$ i. e. $pC >=< qD$.

Denique sit 3.) $nA = mB$, et simul $nC = mD$, erit itaque, quoties $pA >=< qB$, etiam $npA >=< nqB$. At, quum $nA = mB$, erit pnA vel $npA = pmB$, itaque, quoties $pA >=< qB$, erit $pmB >=< nqB$, vel $pm >=< nq$, adeoque $pmD >=< nqD$. At ob $nC = mD$ (hyp.), erit $pnC = pmD$. Itaque, quoties $pA >=< qB$, erit $pnC >=< nqD$, vel $pC >=< qD$. Quoties igitur ex vulgari Definitione duae rationes quantitatum commensurabilium aequales sunt, eaedem etiam aequales sunt ex Euclidea Definitione.

Si autem (§§. 33. 34.) quantitates sint incommensurabiles, erit ex vulgari Definitione $A:B=C:D$, si quoties $nA>rB<(r+1)B$, simul etiam fuerit $nC>rD<(r+1)D$. Itaque, quoties $nA>mB$, esse debet $mB=<rB$, adeoque $m=<r$, et $mD=<rD$. Quoties igitur $nA>mB$, erit nC (quod ex hypoth. $>rD$) $>mD$. Quoties autem $nA<mB$, esse debet $mB=>(r+1)B$, adeoque $m=>r+1$, et $mD=>(r+1)D$, adeoque nC (quod ex hypoth. $<(r+1)D$) erit $<mD$. Et, quum hoc casu nunquam esse possit nec $nA=mB$, nec $nC=mD$, pariter quae ex vulgari Definitione proportionales sunt quatuor quantitates incommensurabiles, proportionales erunt etiam ex Definitione Euclidea. *Omnibus itaque casibus certi esse possumus, quantitates, quas ex una Definitione proportionales esse dicimus, proportionales esse etiam ex altera Definitione diiudicatas.*

Hactenus de aequalitate duarum rationum dictum est. Veniamus nunc (§§. 37—46.) ad rationes inaequales. Et hic quidem (§. 38.) distingui possunt varii casus, prout in utraque ratione quantitates sint commensurabiles; vel in utraque incommensurabiles, vel in una commensurabiles, in altera incommensurabiles. Sint itaque 1. (§. 39.) A et B pariterque C et D commensurabiles, eritque ex vulgari Definitione $A:B>C:D$, si exponens rationis $A:B$ maior est, quam exponens rationis $C:D$ et vicissim. Itaque, si $A=mB$, debet esse $C<mD$; si $A=\frac{1}{n}B$; erit $C<\frac{1}{n}D$; si $A=\frac{m}{n}B$, erit $C<\frac{m}{n}D$: vel, ut aliter dicamus, si $A=mB$, at $C<mB$; si $nA=B$, at $nC<D$; si $nA=mB$, at $nC<mD$, erit $A:B>C:D$, et vicissim. Sint deinde 2. (§. 40.) A et B commensurabiles, C et D incommensurabiles, eritque ex communi Definitione $A:B>C:D$, si $A=mB$ (ubi sumitur $m=>(r+1)$, unus nempe maiorum limitum secundae rationis), at $C>rD<(r+1)D$, adeoque $C<mD$; vel, si $nA=B$, at $nC<D$, vel si $nA=mB$ (sumto iterum $m=>(r+1)$), at $nC>rD<(r+1)D$, adeoque iterum $nC<mD$. *Iam hi quidem casus, ubi in utraque,*

aut in priore saltim ratione quantitates occurrunt commensurabiles, non expresse memorantur in *Euclidis* Definitione, non tamen excluduntur. Nempe (§. 44,1) si $A=mB$, et $C<mD$, sit $C+E=mD$. Quoties igitur $C=<E$, erit $2C=<C+E$ i. e. $2C=<mD$, at $2A(=2mB)>mB$, ubi igitur habemus aequemultipla primae et tertiae $2A$, $2C$, quorum illud maius est multiplo aliquo secundae mB, hoc vero non maius aequemultiplo quartae mD. Sin autem $C>E$, sumi potest aliquod multiplum magnitudinis E v. c. $rE>C$, vel $C<rE$, itaque $rC+C<rC+rE$ i. e. $(r+1)C<r(C+E)<rmD$: contra vero $(r+1)A>rA$ i. e. $>rmB$. Si deinde (§44, 2.) $nA=B$, at $nC<D$, nempe $D=nC+E$, erit, si $C=<E$, adeoque $nC+C<nC+E$, vel $(n+1)C=<D$, $2(n+1)C=<2D$: at $(n+1)A<nA$ vel $>B$, adeoque $2(n+1)A>2B$. Sin autem $C>E$, sit $C<rE$, eritque $rnC+C<rnC+E$ i. e. $(rn+1)C<r(nC+E)$ vel $<rD$: contra autem $rnA+A$ vel $(rn+1)A>rnA$ vel $>rB$. Denique (§. 44, 3.) si $nA=mB$, at $nC<mD$, nempe $mD=nC+E$, erit, si $C=<E$, $nC+C=<nC+E$ i. e. $<mD$: at $(n+1)A>nA$ i. e. $>mB$. Sin autem $C>E$, et sumatur $C<rE$, erit denuo $rnC+C<rnC+rE$ i. e. $(rn+1)C<r(nC+E)$ i. e. $<rmD$: at $(rn+1)A>rnA$ i. e. $>rmB$. Semper itaque habemus aliqua aequemultipla primae ac tertiae, quorum illud quidem maius est aliquo multiplo secundae, hoc vero non maius aequemultiplo quartae.

Contra vero (§. 45.) si ex *Euclidis* Definitione est $A:B>C:D$, nempe, si $pA>qB$, at $pC=<qD$, sitque $A=mB$, erit $C<mD$. Nam ob $pA>qB$, vel $pmB>qB$, erit et $pm>q$, adeoque $pmD>qD$. At $pC=<qD$, unde semper $pmD>pC$, vel $mD>C$ i. e. $C<mD$.

Pariter, si, reliquis manentibus, sit $nA=B$, erit $nC<D$. Nam ob $nA=B$, erit $qnA=qB$. At ex hypoth. $pA>qB$, itaque $pA>qnA$, et $p>qn$, adeoque $pD>qnD$. At ex hypoth. $pC=<qD$, adeoque $npC=<\left(\begin{matrix}nqD\\ quD\end{matrix}\right)$

adeoque semper $pnC<pD$, et $nC<D$. Denique, si caeteris manentibus $nA=mB$, adeoque $pnA=pmB$, vel $npA=mpB$,

erit, ob $pA>qB$ (hyp.) $npA>nqB$, adeoque $mpB>nqB$, vel $mp>nq$, adeoque $mpD>nqD$. At $pC=<qD$, adeoque $npC=<nqD$, et $npC<mpD$, et $nC<mD$. Rationes igitur huius generis, quae ex *Euclidis* Definitione inaequales sunt, inaequales etiam sunt ex communi Definitione.

Veniamus iam ad eos casus, quibus prior ratio $A:B$ habet quantitates incommensurabiles, et tum erunt vel C et D commensurabiles, vel non. Sint commensurabiles (§. 41.), eritque ex *vulgari* Definitione $A:B>C:D$, si $A>\frac{r}{n}B<\frac{r+1}{n}B$, at C vel $=\frac{r}{n}D$ vel $<\frac{r}{n}D$, adeoque, si $nA>rB$, at $nC=<rD$, et vice versa. Denique sint (§. 42.) A et B pariter ac C et D incommensurabiles, eritque ex vulgari Definitione $A:B>C:D$, si $A>\frac{r}{n}B<\frac{(r+1)B}{n}$, at tantum $C>\frac{(r-1)}{n}D<\frac{r}{n}D$, vel adeo $C<\frac{(r-1)}{n}D$, itaque iterum, si $nA>rB$, at $nC<rD$ et vice versa.

Ex his omnibus deinde §. 46. concluditur, Definitiones, V. 5. et V. 7, continere conditiones et proprietates rationum inter se aequalium, aut quarum una maior est altera, quae in vulgari notione insunt, variosque ibi obvios casus, generalissime, et ita, ut ad paucissimos terminos omnia reducta sint.

Ex sola deinde *Euclidea* definitione rationum aequalium aut inaequalium, seposita prorsus vulgari notione, deducit *Pfleiderer* §§. 48. 49. 50. sive (§. 48.) magnitudines A, C ipsas cum quibusdam aequemultiplis magnitudinum B, D; sive magnitudines ipsas B, D cum quibusdam aequemultiplis magnitudinum A, C; sive denique (§. 49.) quaedam aequemultipla magnitudinum A, C cum quibusdam aliis aequemultiplis magnitudinum B, D comparemus, esse aut 1) quoscunque numeros integros, exclusa unitate, p, q denotent, semper simul $pA >=< qB$, et $pC, >=< qD$, aut 2) pro nonnullis numeris integris n,m (iterum exclusa unitate) $nA>mB$, at $nC=<mD$. (Esse quidem etiam potest, ut sub finem §. 50. observatur, $nC>mD$, et $nA=<mB$, at hic casus redit ad

priorem, litteris A et C, B et D inter se permutatis). Hinc efficitur §§. 51—54. omnes casus, qui in comparatione quatuor magnitudinum obtingere possint, aut sub Defin. 5, V. aut sub Def. 7. V. comprehendi, adeoque rationes aequales, maiores, minores eodem modo sibi invicem opponi, quo vulgo magnitudines aequales maiores, minores, ut itaque unum alterum excludat, nec cum illo simul consistere possit. Quod ipsum (§. 55.) *Saccherius* quidem demonstrare studuit, at non prorsus felici successu. Quibus omnibus simul sublata esse dubia *Thom. Simpson* patet.

Praeterea §. 56. alia adhuc ratione idem confirmatur, maxime ope eorum, quae supra ex §§. 44, 3. evicta sunt. Nempe 1) si $A:B=C:D$, adeoque ex Defin. 5, V. semper simul $nA>=<mB$, et $nC>=<mD$, adeoque nunquam $nA>mB$ et simul $nC=<mD$, nec $nC>mD$, et simul $nA=<mB$: tum non esse potest nec $A:B>C:D$, nec $A:B<B:D$ ex Def. 7, V. 2) Contra, si nec $A:B>C:D$, nec $C:D>A:B$, esse debet $A:B=C:D$. Nam si $nA=mA$, non esse potest $nC>mD$, nam tum foret $C:D>A:B$ (Def. 7, V.) contra hypothesin; nec $nC<mD$, namquo tum foret (ex §. 44, 3 et Def. 7, V.) $A:B>C:D$ pariter contra hypothesin; itaque esse debet $A:B=C:D$. Sin autem $nA>mB$, erit etiam $nC>mD$; namque si esse posset $nC=<mD$, foret $A:B>C:D$ contra hypothesin. Denique, si $nA<mB$, debet pariter esse $nC<mD$, nam, si foret $nC=>mD$, esset $C:D>A:B$ (§. 44, 3. et Def. 7, V.) Itaque tum semper est simul $nA>=<mB$ et $nC>=<mD$, adeoque ex Def. 5, V. $A:B=C:D$. 3) Si non est $A:B=C:D$, itaque (Def. 5, V.) non semper simul $nA>=<mB$, et $nC>=<mD$, erit pro quibusdam numeris integris n,m aut α) $nC><mD$, dum $nA=mB$:tum vero primo casu est $C:D>A:B$ (Def. 7, V.) altero est $A:B>C:D$ (§ 44, 3. et Def. 7, V.), aut erit β) $nC=<mD$, dum $nA>mB$, at tum $A:B>C:D$ (Def. 7, V.) aut erit γ) $nC=>mD$, dum $nA<mB$: tum vero $C:D>A:B$ (Def. 7, V. et §. 44, 3.) 4) Si $A:B>C:D$, adeoque (Def. 7, V.) pro quibusdam numeris n, m est $nA>mB$, at $nC=<mD$, tum α) non pro numeris quibuscunque n,m simul erit $nA>=<mB$, et $nC>=<mD$,

adeoque non erit $A:B=C:D$ (Def. 5, V.) nec β) tum esse potest $A:B<C:D$ aut $C:D>A:B$ i. e. pro nullis numeris integris p,q simul esse potest $pC>qD$, at $pA=<qB$. Nam ob $nA>mB$, at $nC=<mD$ (hyp.) est etiam $pnA>pmB$, at $pnC=<pmD$, aut $pmD=>pnC$. Et si $pC>qD$, est etiam npC vel $pnC>nqD$, adeoque semper $pmD>nqD$, vel $pm>nq$, adeoque et $pmB>nqB$, unde tanto magis $pnA>nqB$, adeoque $pA>qB$. Atque etiam ita *Thom. Simpson* dubia remota sunt.

Denique observat *Pfleiderer* (§§. 57—62) si sit $nA=nB$, et $nC=nD$, fore etiam $A=B$, et $C=D$, adeoque prout $pA<=<qB$, i. e. prout $pA>=<qA$, fore $p>=<q$ adeoque et $pC>=<qC$ i. e. $pC>=<qD$, ac proinde $A:B=C:D$, vel posse Definitionem 5, V. etiam ad aequemultipla omnium 4. magnitudinem applicari, et nominatim (§. 60. Nr. 1.) si fuerit $A=B$, $C=D$ esse $A:B=C:D$: pariter idem valere de Defin. 7, V. Vice versa etiam, si $A:B=C:D$, esse simul $A>=<B$, et $C>=<D$ (vid. infra Prop.); sin autem $A:B>C:D$, esse debere $C<D$, si $A=<B$; contra vero esse debere $A>B$, si $C=>D$ fuerit.

Nordmarkius autem (in Nov. Act. reg. Societ. Upsal. Vol. VI. Upsal. 1799. Nr. XIII. Lacunae in doctrina Proportionum Euclidea animadversae expletio.) ita in hac re versatur. Postquam obiectionem a *Thom. Simpson* factam contra Defin. 7, V. attulit, fatetur omnino §. 3. illa ipsum probandi nervum huius Definitionis prorsus esse incisum, frustraque ad Principium Contradictionis immediate provocari, ex rationibus ab ipso *Rob. Simson* exhibitis patere ait. Omnia autem, §. 4. addit, ex proportionum theoria omittere, quae ad rationes inter se inaequales pertineant, ut *Thom. Simson* fecerit, non sine doctrinae proportionum iactura fieri posse. Adiicit praeterea §. 5. multa etiam alia esse, quae nexum inter multiplicium attributa spectent, et adhuc quaeri possint, v. c. si $mA=mB$, at $mC<mD$, an tum $A:B>C:D$. Id vero *Euclidem* omittere. Quin (§. 6.) ipsam etiam Definitionem 5, V. internae possibilitatis demonstrationem desiderare, nec satis de nexu inter aequemultiplicium proprietates cogitasse Geometras, aut certe non satis caute semper loqui. Ita v. c. ipsum *Barrovium* p. 284. haec habere: »Accidere potest in aliquo casu simultaneus iste defectus, excessus aut aequalitas etiam quantisminime proportionalibus; ast solis proportionalibus universaliter convenit.» Id autem (de aequalitate) falsum esse. Si enim vel semel simul $mA = nB$, et $mC = nD$, necessario, quoties $pA >=< qB$, esse etiam $pC >=< qD$. Pariter (§. 7.) si semper simul $mA > < nB$, et $mC > < nD$, fore etiam semper simul $mA = Bn$ et $mC = nD$, unde prior conditio proprie sufficiat scopo Definitionis 5, V. Necesse itaque esse (§. 8.) notarum characteristicarum in Def. 5, V. et 7, V. obviarum partim per mutuum nexum absolutam necessitatem, partim compossibilitatem independenter ab ipsis Definitionibus demonstrare. Quod si non factum sit in Elementis *Euclidis*, id non ipsius auctoris, sed sine dubio temporis, quo plura deperdita fuerint, culpam esse. Praeterea sibi in animo esse, consensum quoque notionis vel definitionis quam vulgo de Proportionibus in Arithmeticis afferant, cum Euclidea ex ipsis his Definitionibus ostendere. Praemittit autem §. 10. Lemma 1. supra ad 3, V. ipsis auctoris verbis allatum quod brevitatis caussa ita exprimere liceat: Si sint quotcunque magnitudines A, B, C, D.... et aliae ipsis numero aequales $\alpha, \beta, \gamma, \delta$.... quae binae sumantur in eadem multiplicitate, sit autem perturbata ipsarum multiplicitas h. e. sit

$$A = m\,B \text{ et } \gamma = m\,\delta$$
$$B = n\,C \text{ - } \beta = n\,\gamma$$
$$C = p\,D \text{ - } \alpha = p\,\beta$$

erunt ex aequo etiam aequemultiplices, sive quantiplex est A magnitudinis D, tantiplex erit α magnitudinis δ. Quod quidem *Nordmarkius* more Geometris solemni demonstrat, ut ad 3, V. vidimus, ex nostra autem expressione statim patet, dum tam $A = mnpD$, quam $\alpha = pnm\delta = mnp\delta$. Atque hoc quidem Lemma ab *Euclide* praetermissum esse miratur *Nordmark.* quamvis cum 3, V. arctissimo vinculo coniungatur, et omnia doctrinae proportionum arcana eo referentur, praesertim, quum in Prop. 20. 21. 22. 23. l. V. semper uterque casus quantitatum ordinate et perturbate sumtarum ostensus sit. Huic addit Lemm. 2. quod ita habet: α) Si duae quantitates commensusabiles sint, erit 1) aliqua unius multiplex aequalis alicui alterius multiplici et 2) vice versa. β) Si autem duae magnitudines incommensurabiles sint, 1) non erit aliqua unius multiplex aequalis cuidam alterius multiplici et 2) vice versa. Quorum α, 1. et ope Lemm. 1. etiam α, 2. facile probatur, unde β) 1. 2. apagogice derivantur. His praemissis sequentia habet theoremata, quae primum ordine iunctim afferemus.

Theor. 1. Si vel semel acciderit, ut existente mA=nB, sit etiam mC=nD, erit A:B=C:D.

Theor. 2. Si, quando mA$><$nB, sit etiam semper mC $><$nD, erit A:B=C:D.

Theor. 3. Si, quando mA$>$nB, semper etiam sit mC$>$ nD, et vicissim, quando mC$>$nD, semper etiam sit mA$>$nB, erit A:B=C:D.

Atque haec quidem ad ostendendum mutuum illum, qui inter multiplicium symptomata in Defin. 5, V. intercedit, nexum. Observat *Nordmark*. addi adhuc posse: si sit A:B=C:D, esse etiam C:D=A:B. Quamvis enim nimiam identitatis speciem prae se ferant Thesis et Hypothesis (unde etiam omiserit) adsertum tamen non constituere propositionem plane identicam, quae prae evidentia demonstrationem non admittat. Excludi enim semper debere in Propositionibus ita conversis binas adsumto contrarias hypotheses.

Theor. 5. Si acciderit aliquando, ut sit mA=nB, sed mC $<$nD, erit A:B$>$C:D.

Theor. 6. Si A:B$>$C:D, sitque mA=$<$nB, erit mC$<$nD.

Theor. 7. Si A:B$>$C:D, sitque mC$>$nD, erit mA$>$nB.

Theor. 8. Si A:B$>$C:D, sitque mC=nD, erit mA$>$nB.

Atque haec quidem ad Defin. 7, V, pertinent, et nominatim Theor. 7. obiectionem Simpsonianam directe et funditus tollit. Reliqua consensum notionis vulgaris aut Arithmeticae cum Definitionibus *Euclidis* ostendunt.

Theor. 9. Si (ex Euclidea Definitione) sit AF:B=CE:D, atque B et D in aeque multas partes quotcunque, utrimque seorsum aequales, dividantur, quarum unaquaeque in B sit =G, et unaquaeque in D sit=H, adeo, ut G et H ipsas B et

D aequaliter metiantur; auferatur porro G ex AF, quoties potest, donec vel nihil, vel se minorem relinquat: dico, toties auferri posse H ex CE, quoties G ex AF; et eodem modo superesse vel nihil, vel aliquam ipsa H minorem (i. e. si quantitates AF, B, CE, D ex *Euclidea* Definitione proportionales sint, proportionales sunt etiam ex *vulgari* notione.)

Theor. 10. Est conversum praecedentis.

Theor. 11. *Si fuerit* $AF:B > CE:D$ (*ex Euclidea Definitione*); dabuntur aliquae tam parvae magnitudines G et H, quae ipsas B et D aequaliter metiuntur, ut G ablata ex AF quoties potest saepius in hac contineri deprehendatur, quam H in CE, quando nempe H ex CE aufertur, quoties potest. (Aliter: si ex Euclidea Definitione $AF:B > CE:D$, erit etiam ex vulgari Definitione $AF:B > CE:D$).

Theor. 12. Conversum praecedentis.

Ut autem methodus viri acutissimi uno certe exemplo pateat, liceat adponere, quam Theorematis 1. dedit demonstrationem.

Theor.

Si vel semel acciderit, ut existente $mA = nB$, sit etiam $mC = nD$, erit $A:B = C:D$. (f. 336.)

Dem. Sint E, G illae ipsarum A, C aeque multiplices, et F, H illae aequemultiplices ipsarum B, D, quae faciant $E = F$, et $G = H$: sint autem I, L ipsarum A, C utcumque aequemultiplices, et similiter K, M ipsarum B, D aequemultiplices quaelibet. Hisce positis, quantiplex est M ipsius D, tantiplices sumantur, N, O, P, Q ipsarum E, F, G, H; et quantiplex est H ipsius D, tantiplices sumantur R, S, T, U ipsarum I, K, L, M. Erunt ergo N, O, P, Q, ipsarum E, F, G, H aequemultiplices, et R, S, T, U ipsarum I, K, L, M. ideoque ob $E = F$, $G = H$, erit $N = O$, $P = Q$. Praeterea erunt (3, V.) N et P ipsarum A et C aequemultiplices, atque O et Q ipsarum B et D: pariterque R et T ipsarum A et C, atque S et U ipsarum B et D. Quia iam Q est ipsius H aequemultiplex ac M ipsius D, atque H ipsius D tantiplex, quantiplex est U ipsius M: erit (Lemm. 1.) Q ipsius D totiplex, quotiplex est U eiusdem D. Ergo

Q et U aequales erunt. Sed quantiplex est Q ipsius D, tantiplex est O ipsius B, et quotuplex est U ipsius D, totuplex est S ipsius B: ergo O et S sunt eiusdem B aequemultiplices, adeoque etiam aequales. Ponatur iam $I > K$; dico esse $L > M$. Quia enim R et S sunt ipsarum I et K aequemultiplices, et $I > K$; erit $R > S$, h. e. $R > O$ h. e. $R > N$. Sed utraque tam R quam N est ipsius A magis multiplex, quam N eiusdem A est. Ergo etiam T est ipsius C multiplicior, quam P eiusdem C est. Unde erit $T > P$, h. e. $T > Q$, seu $T > U$. Sed L et M sunt ipsarum T et U similes (eaedem) partes: ergo etiam $L > M$.

Sit iam $I = K$, dico esse $L = M$. Etenim ob $I = K$, est $R = S$, h. e. $R = O$, seu $R = N$. Quocirca R et N sunt ipsius A aequemultiplices; ideoque etiam T et P ipsius C: unde $T = P$, h, e. $T = Q$, seu $T = U$. Ergo etiam $L = M$.

Quodsi denique $I < K$, dico, esse $L < M$. Nam, ob $I < K$, erit $R < S$, h. e. $R < O$, seu $R < N$. Ergo N est ipsius A multiplicior, quam R eiusdem A est: quocirca etiam P est ipsius C multiplicior quam T eiusdem C est. Unde $P > T$, seu $T < P$, h. e. $T = Q$ vel $T < U$. Unde etiam $L < M$.

Quum itaque ostensum sit, consistente $I >=< K$, esse quoque $L >=< M$, h. e. quando $mA >=< nB$, esse simul $mC >=< nD$, erit $A:B = C:D$ q. e. d. (Aliter haec demonstratio ita sisti potest. Si $mA = nB$, et $mC = nD$, erit, quoties $pA >=< qB$, etiam $pC >=< qD$, adeoque (Def. 5, V.) $A:B = C:D$. Nam, si $mA = nB$, et $mC = nD$, erit et $mqA = nqB$, et $mqC = nqD$. Itaque, si $pA >=< qB$, erit $npA > = < \left\{\begin{matrix} nqB \\ mqA \end{matrix}\right.$, adeoque $np >=< mq$, et $npC >=< \left\{\begin{matrix} mqC \\ nqD \end{matrix}\right.$, adeoque $pC >=< qD$. Unde patet, hanc demonstrationem aliis verbis eandem esse, quam *Pfleiderer* dedit §. 31. Nr. 3.

His praemissis, Propositiones, quae ad theoriam Proportionum pertinent, semper eodem rigore e vulgari Proportionalium Definitione atque ex Euclidea derivari poterunt, at demonstrationes e vulgari Definitione petitae, si iusto rigore eas exhibere velis, plerumque longiores sunt. (Cf. Playfair ad Def. 5, V.) V. c. Propositio 4, V. cuius demonstrationem Euclideam supra habuimus, e vulgari Definitione ita demonstrabitur. Si $A:B=C:D$, erit etiam $pA:qB=pC:qD$, p et q denotantibus numeros integros quoscunque, unitate haud exclusa. Nam 1) quando commensurabiles sunt magnitudines A et B, C et D; ob $A:B=C:D$ (supp.) ex vulgari Definitione simul erunt $A=\frac{r}{n}B$, et $C=\frac{r}{n}D$, adeoque et simul $pA=\frac{pr}{n}B$, et $pC=\frac{pr}{n}D$, et $pA=\frac{pr}{qn}.qB$, et $pC=\frac{pr}{qn}.qD$: unde ex vulgari Definitione $pA:qB=pC:qD$.

2) Quodsi magnitudines A et B, C et D sunt incommensurabiles; ex vulgari Definitione utriusque rationis Exponens iisdem continebitur limitibus, ita ut simul sint $A>\frac{r}{n}B$ et $<\frac{r+1}{n}B$, ac $C>\frac{r}{n}D$ et $<\frac{r+1}{n}D$, vel etiam $pA>\frac{pr}{qn}.qB$ et $<\frac{pr+1}{qn}.qB$, ac $pC>\frac{pr}{qn}.qD$ et $<\frac{pr+1}{qn}.qD$, unde etiam rationum $pA:qB$ et $pC:qD$ Exponentes iisdem respective limitibus $\frac{pr}{qn}$ et $\frac{pr+1}{qn}$ continentur (*Pfleiderer.* Expos. ac Dilucid. libri V. Elem. p. 18. 19.)

Post generaliores has ad librum Vtum observationes eas iam Propositiones, quas *Rob. Simson* huic libro inseruit, vel addidit, eodem ordine, eademque nota, qua ipse usus est, designatas exhibebimus. Demonstrationes tamen brevitatis caussa symbolice sistemus.

Est nempe apud *Rob. Simsonem* post V. 6. haec

Propositio A.

(Haec est ea ipsa Propositio, quam *Borellus* negaverat ex Euclidea theoria demonstrari posse, et quam doctiss. *Pfleiderer*, ut supra notavimus, sponte ex *Euclidis* praeceptis fluere ostendit l. c. §. 61. et in Expos. et Dilucid. libri V. p. 5. Prop. VI.)

Si prima ad secundam eandem habuerit rationem, quam tertia ad quartam, fueritque prima maior secunda; erit tertia maior quarta; et si aequalis, aequalis; et si minor, minor.

Nempe, si A:B=C:D, fueritque A>=<B, erit (V. Ax. 3.) etiam 2A>=<2B. Tum vero, ob A:B=C:D, ex V. Def. 5. est etiam 2C>=<2D, adeoque pariter C>=<D.

Robert. Simson observat, Propositione hac saepissime uti Geometras, eamque in V. 25. VI. 31. XI. 34. XII. 15. adhiberi, à *Theone* autem eam ex Elementis sublatam esse putat, quoniam satis evidens visa sit ei, aliisque, qui confusaneam et indistinctam proportionalium ideam apud vulgus receptam substituant loco accuratae ideae, quae ex Definitione V. 5. habeatur. Nullum enim dubium esse, *Eudoxum* vel *Euclidem*, qui hac nihilo difficiliores 7 mam sc. et 9 nam huius Libri demonstratione muniverit, etiam huic in Elementis locum dedisse. *Commandinum* quidem eam ut V. 16. Cor. subiunxisse, quod vero recte *Clavius* reprehendat, quoniam ita saltim ad quatuor magnitudines eiusdem generis pertinere videretur. Neque tamen ipsum *Clavium* aliam eius demonstrationem dedisse, sed asseruisse, eam perspicuam esse ex natura proportionum. Quo ipso occasionem dederit *Borello*, *Euclidem* iniuste cavillandi.

Propositio B.

(Vulgo Corollarium V. Prop. 4. ubi vide notata.)

Si quatuor magnitudines proportionales fuerint, et inverse proportionales erunt. Si A:B=C:D, erit etiam *inverse*: B:A=D:C. Sumtis enim aequemultiplis quibuscunque primae ac tertiae nA, nC, pariterque aliis aequemultiplis quibuscunque secundae et quartae rB, rD, erunt ex V. Def. 5. quoties nA>=<rB, etiam simul nC>=<rD, adeoque etiam, quoties rB>=<nA, simul rD>=<nC, unde ex V. Def. 5. est B:A=D:C (vel D:C=B:A.)

(Cor. Hinc consequitur, si A:C sit duplicata ratio rationis A:B, fore C:A duplicatam rationis B:A. Erit enim (V. Def. 10.) A:B=B:C, adeoque ex hac Propositione C:B=B:A, unde C:A est ratio duplicata rationis C:B, vel rationis B:A. Similia ostendentur de triplicata ratione etc.)

Prop. C.

Si prima aeque multiplex fuerit, vel eadem pars (vel, quod addi potest, eaedem partes) secundae, atque tertia quartae: erit prima ad secundam, ut tertia ad quartam: vel ut *Pfleiderer* rem exprimit (Expos. ac Dilucid. Libr. V. §. 29.) Magnitudinum A et B aequemultiplices, vel partes aeque aliquotae, vel et partes aeque aliquantae ad magnitudines ipsas A et B easdem respective habent rationes. Nempe $pA:A = pB:B$; $\frac{A}{q}:A = \frac{B}{q}:B$; $\frac{p}{q}A:A = \frac{p}{q}B:B$. Nam, cum tam $n(pA) = (np)A$, quam $n(pB) = (np)B$ (V. 3.) erit, quoties $n(pA) \gtreqless rA$, simul $n(pB) \gtreqless rB$, prout $np \gtreqless r$, adeoque ex V. Def. 5, $pA:A = pB:B$. Sit deinde $\frac{A}{q} = E$, $\frac{B}{q} = F$, adeoque $A = qE$, $B = qF$, erit per modo demonstrata $qE:E = qF:F$, adeoque (Prop. B) $E:qE = F:qF$, i. e. $\frac{A}{q}:A = \frac{B}{q}:B$. Denique, quum sit $\frac{A}{q}:A = \frac{B}{q}:B$, erit etiam (V. 4, Cor. a.) $\frac{pA}{q}:A = \frac{pB}{q}:B$. Haec Propositio, ut *Rob. Simson* observat, saepius à Geometris usurpatur, et necessaria est in X. 5, et X. 6. Caeterum ex ea evincitur, ut supra è *Pfleidereri* Dissertat. Promtuario Mathem. *Hindenburgii* inserta §§. 31. 32. allatum fuit, quoties ex vulgari Definitione i. e. ex ea, quae habetur in VII. Def. 20. sit $A:B = C:D$, esse etiam aequalitatem rationum ex altera *Euclidea* Definitione, nempe V. Def. 5. Quod ipsum, ut supra vidimus, *Clavius* in notis post V. Def. 8. in numeris ostendit ope quarundam Propositionum libri VII, sc. V. Def. 5. quatenus numeris congruat, ex ea numerorum proportionalitate, quae in VII. Def. 20. habetur, demonstrari posse.

Prop. D.

(Conversa antecedentis.)

Si fuerit prima ad secundam, ut tertia ad quartam, fueritque prima multiplex, vel pars (vel partes) secundae;

erit tertia eadem multiplex, vel eaedem pars (vel eaedem partes) quartae.

Si enim $A:B=C:D$, erit etiam $A:qB=C:qD$, $mA:B=mC:D$, et $mA:qB=mC:qD$ (V. 4, et V. 4, Cor. a.), unde ex Prop. A, si $A=qB$, erit et $C=qD$: si $mA=B$, vel $A=\frac{1}{m}.B$, erit $mC=D$, vel $C=\frac{1}{m}D$: si $mA=qB$, vel $A=\frac{q}{m}B$, erit $mC=qD$, seu $C=\frac{q}{m}D$. Observat *Rob. Simson*, hanc Propositionem non raro ad alias demonstrationes adhiberi, et necessariam esse ad demonstrandam VI. 9. Videri autem à *Theone* omissam esse propter rationem ad Prop. A. memoratam.

Prop. E.

quam habet *Rob. Simson* post V. Prop. 19.

Si quatuor magnitudines proportionales sint, et convertendo proportionales erunt, vel si $A:B=C:D$, sitque $A>B$, adeoque etiam (Prop. A.) $C>D$, erit $A:A-B=C:C-D$. Nam, quum $A:B=C:D$, erit dividendo (V. 17.) $A-B:B=C-D:D$, et invertendo (Prop. B.) $B:A-B=D:C-D$. Quare componendo (V. 18.) erit $B+A-B:A-B=D+C-D:C-D$ i. e. $A:A-B=C:C-D$.

Observ. Eandem demonstrationem habet *Gregorii* in nota ad hunc locum. Caeterum haec Propositio, quae cum V. 17. arcto nexu cohaeret, potest etiam pariter ac illa sine ope V. 18. demonstrari (*Pfleiderer*. Expos. ac Dilucid. Libr. V. p. 23.)

Cor. 1. Si quatuor magnitudines A, B, C, D proportionales sunt, et $A<B$, adeoque etiam (Prop. A.) $C<D$: erit etiam inverse (Prop. B.) $B:A=D:C$, adeoque ex hac Propositione $B:B-A=D:D-C$.

Cor. 2. Generatim itaque, si duae magnitudines inaequales A et B eandem invicem habent rationem, quam aliae duae inaequales C et D: erit et maior priorum duarum ad ipsarum differentiam, uti maior duarum posteriorum ad earundem differentiam; vel etiam inverse (Prop. B.) differentia duarum priorum ad erundem maiorem erit, ut differentia duarum posteriorum ad ipsarum maiorem. Breviter, si A:B=C:D, erit etiam *convertendo* A:A—B=C:C—D, seu A—B:A=C—D:C, vel B:B—A=D:D—C, seu B—A:B=D—C:D.

Cor. 3. Generaliusque, si duae magnitudines inaequales eandem invicem habent rationem, quam aliae duae magnitudines inaequales: etiam alterutra priorum erit ad ipsarum differentiam, uti posterior homologa, seu quae priori ordine respondet, est ad differentiam posteriorum; et inverse (V. 17. Cor. 2. et Cor. 2. E. *Pfleiderer*. l. c. p. 25.)

Sub finem libri quinti *Rob. Simson* adhuc quatuor addit Propositiones, quas nos, cum cohaereant cum aliis ad Definitionem rationis compositae pertinentibus, reiecimus in Excursum ad Libr. VI. ubi de ea Definitione agitur. Plures praeterea Propositiones de rationibus inter se diversis *Euclidis* interpretes et commentatores libro quinto subiungere solent. Multas earum habet *Pappus* (Collect. Mathem. Libr. VII. Prop. 3—11.), quas ut Lemmata *Apollonii* libris de sectione rationis et spatii praemisit. Ex *Pappo* deinde *Campanus*, *Commandinus* (qui expresse se eas ex *Collectionibus Pappi* transferre monet, immutato tamen ordine, et quibusdam additis detractisve) *Clavius*, *Tacquetus*, *Barrovius*, *Baermannus* aliique has Propositiones huc transtulere, aliasque similes adiecere. Plerique omnes tamen in iis demonstrandis pro Axiomate aut Postulato sumserunt, posse tribus magnitudinibus datis semper aliquam quartam proportionalem, vel duabus datis tertiam proportionalem inveniri, quod ipsum pro Axiomate sumi haud licere supra ad Axiomata libri V. monuimus, ex pro lineis rectis demum in libri VI. Propositionibus 11 et 12. demonstratur. *Hauberus* autem, vir doctissimus nunc Seminarii Schönthalensis Professor in Dissertatione »Propositionum de Rationibus inter se diversis Demonstrationes ex solis libri V. Elementorum Definitionibus ac Propositionibus deductae Tubing. 1793.« sine ope illius Postulati eas demonstravit, ita ut primum Propositiones ad duas vel plures rationes inter se diversas *universim* pertinentes stabiliret, et deinde ad eos casus progrederetur, quibus omnes omnium rationum termini sunt eiusdem generis. Ita autem rem expedit *Hauberus*. Praemittit §§. 2—4. Lemmata, quorum pars cum Axiomatibus ad Librum V. supra allatis consentit. Nempe §. 2. si $A=B$, erit etiam $mA=mB$, et vice versa: contra, si $A>B$, etiam $mA>mB$, et vice versa. §. 3. Si $A=B$, et $m>n$, erit $mA>nB$. Contra, si $mA>nB$, erit $m>n$, at, si $mA=nB$, erit $m=n$. §. 4. $n.(mA)=m.(nA)$. Deinde sequentes Propositiones, earumque demonstrationes exhibet, quas consentiente amicissimo auctore hic denuo sistimus.

Propositio a. (*Hauberi* Prop. 1. Diss. §. 5. apud *Pappum* VII. 7. apud *Clavium* V. 26.)

Si quatuor magnitudinum A, B, C, D prima A ad secundam B maiorem rationem habet quam tertia C ad quartam D; inverse secunda B ad primam A minorem rationem habebit, quam quarta D ad tertiam C. Breviter, si $A:B>C:D$, erit $B:A<D:C$, seu $D:C>B:A$. Demonstratio. Ob $A:B>C:D$ (supp.) sumi poterunt (V. Def. 7.) mA, mC, et nB, nD ita, ut $mA>nB$, et $mC=<nD$. Quodsi fuerit $mC<nD$, vel $nD>mC$, cum sit $nB<mA$, constabit propositum ex V. Def. 7.

Sin autem sit $mC=nD$: quoniam est $mA>nB$, sit $nB+E=mA$, et 1) $E=>A$, quibus subductis, erit $nB=<(m-1)A$; et, cum $nD=mC$ (supp.) $>(m-1)C$, rursus per V. Def. 7. constat propositum. Iam, si 2) sit $E<A$, fiat aliquod multiplum E, velut $rE>A$ (V. Def. 4.). Tum, quia $nB+E=mA$, erit etiam (V. Ax. 1.) $r(nB+E)$ i. e. (V. 1.) $rnB+rE=rmA$, unde, demtis $rE>A$, erit $rnB<(rm-1)A$. Sed, quia $nD=mC$, erit et $rnD=rmC>(rm-1)C$. Unde ex V. Def. 7. constat propositum.

Cor. (*Hauber*. §. 6. apud *Clavium* Schol. ad V. 26.) Pariter, si $A:B<C:D$, erit etiam $D:C<B:A$, seu $B:A>D:C$. Tum enim est $C:D>A:B$. Omnino autem, si ea ratio, quâ altera est maior, ex V. Def. 7. hac ipsâ minor dicatur, facile, quae de maioribus rationibus traduntur, ad minores applicantur, si transpositis rationibus ea, quâ altera minor est, maior ponatur.

Propositio b. (*Hauber* §. 7.)

Si sex magnitudinum A, B, C, D, E, F sit $A:B>C:D$, et $C:D>E:F$, erit et $A:B>E:F$.

Demonstr. Cum sit $A:B>C:D$, et $C:D>E:F$, sit ex V. Def. 7. $mA>nB$, $mC=<nD$; et $pC>qD$, $pE=<qF$, designantibus m, n, p, q semper numeros integros: erit quoque (V. Ax. I.) $pmC=<pnD$, $mpC>mqD$, seu $pnD=>pmC$, $pmC>mqD$, hincque $pnD>mqD$, et $pn>mq$, ac proinde etiam $pnB>mqB$: cumque sit $mA>nB$, itaque et $pmA>pnB$, erit à fortiori $pmA>mqB$, seu $mpA>mqB$, et $pA>qB$: et, quia praeterea est $pE=<qF$, per V. Def. 7. constat propositum.

Scholion. (*Hauber*. §. 8.). Hanc Propositionem quidam editores Elementorum V. 13. pro corollario subiunxerunt, et *Clavius* quidem expresse addens in Schol. ad V. 13. *eodem modo* eam demonstrari posse, quo V. 13. ipsa demonstrata sit: quod non ita se habet.

Propos. c (*Hauber*. §. 10. *Pfleiderer*. in Promt. Mathem. Lips. 1798. §. 60. Nr. 2, 3.)

Quatuor magnitudinum A, B, C, D si $A=B$, et $C<D$, vel si $A>B$, et $C=<D$, erit $A:B>C:D$, seu inverse (Prop. a.) $B:A<D:C$.

Demonstrationi praemissa est apud *Hauberum* §. 9. ea Propositio, quam supra ex Promt. Lips. §. 60. Nr. 1. attulimus, quamque Lemma ad c. vocabimus, nempe si $A=B$, $C=D$, esse $A:B=C:D$. Tum vero *Hauberus* ita pergit. 1) Si $A=B$, $C<D$, sit $C+E=D$; erit ex modo dictis $A:B=C+E:D$, cumque sit $C+E:D>C:D$ (V. 8.) erit etiam $A:B>C:D$ (V. 13.). 2) Hinc etiam, si $A>B$, $C=D$, seu $D=C$, et $B<A$, erit $D:C>B:A$, seu (Prop. a.) $A:B>C:D$, quae est *Pappi* VII. 10. 3) Si $A>B$, et $C<D$, sit $A=B+E$, $C+F=D$, erit $A:B>A:B+E$ (V. 8.) et $A:B+E=C$

$+F:D$ ex Lemm. ad initium Demonstrationis allato, ac proinde $A:B > C+F:D$ (V. 13.): quoniamque $C+F:D > C:D$ (V. 8.); etiam $A:B > C:D$ (Prop. b.). Est haec *Pappi* VII. 11.

Prop. d. (*Hauber*. §. 11. *Pfleiderer*. in Promt. Mathem. Lips. 1798. §. 62.)

Si $A:B > C:D$, erit $C < D$, si $A \overline{\overline{<}} B$, et erit $A > B$, si $C \overline{\overline{>}} D$.

Dem. 1) Si $A:B > C:D$, atque $A \overline{\overline{<}} B$, seu $B \overline{\overline{>}} A$, erit $B:B \overline{\overline{>}} A:B$ (V. 7. 8.) quare $B:B > C:D$ (V. 13. et Prop. b.). Sed, cum sit $B:B = D:D$ (Lemm. ad c.), erit $D:D > C:D$ (V. 13.) ac proinde $D > C$, seu $C < D$ (V. 10.).

2) Si $A:B > C:D$, atque $C \overline{\overline{>}} D$, erit $C:D \overline{\overline{>}} D:D$ (V. 7. 8.) hincque $A:B > D:D$ (V. 13. et Prop. b.). Sed quia $D:D = B:B$ (Lemm. ad c.), erit et $A:B > B:B$ (V. 13.) ac proinde $A > B$ (V. 10.).

Prop. e. (*Hauber*. §. 12.)

Si $A:B > C:D$; erit etiam $mA:mB > C:D$, et $A:B > nC:nD$, et $mA:mB > nC:nD$, ac vicissim, denotantibus m, n numeros integros quoscunque.

Dem. 1) Cum sit $mA:mB = A:B$ (V. 15), si sit $A:B > C:D$, erit etiam $mA:mB > C:D$ (V. 13.): pariterque, si sit $mA:mB > C:D$, etiam $A:B > C:D$ (V. 13.).

2) Sic et, quum sit $nC:nD = C:D$ (V 15.) si rursus $A:B > C:D$, erit quoque $A:B > nC:nD$ (V. 13.): si vero $A:B > nC:nD$, pariter $A:B > C:D$ (V. 13.).

3) Denique, si $A:B > C:D$, erit $mA:mB > C:D$ per modo demonsrata nr. 1. adeoque et $mA:mB > nC:nD$ per demonstrata nr. 2. Vicissim, si $mA:mB > nC:nD$, erit et $A:B > nC:nD$ (nr. 1.), atque hinc $A:B > C:D$ (nr. 2.)

Cor. 1. (*Hauber*. §. 13.) Hinc etiam, si $A:B > C:D$, erit

$$\left.\begin{matrix} A:B \\ \frac{1}{m}A:\frac{1}{m}B \\ \frac{p}{m}A:\frac{p}{m}B \end{matrix}\right\} > \frac{q}{n}C:\frac{q}{n}D, \text{ atque } \frac{p}{m}A:\frac{p}{m}B > \left\{\begin{matrix} C:D \\ \frac{1}{n}C:\frac{1}{n}D. \end{matrix}\right.$$

Cor. 2. (*Hauber* §. 14.). Atque etiam, si rursus $A:B > C:D$

$$\text{erit } mA:mB > \left\{ \begin{matrix} \frac{1}{n}C:\frac{1}{n}D & \text{et} & \frac{1}{m}A:\frac{1}{m}B \\ \frac{q}{n}C:\frac{q}{n}D & & \frac{p}{m}A:\frac{p}{m}B \end{matrix} \right\} > nC:nD.$$

Prop. f. (*Hauber*. §. 15.)

Si $A:B > C:D$; erit etiam $mA:B > mC:D$, et $A:nB > C:nD$, et $mA:nB > mC:nD$, m et n denotantibus numeros integros quoscunque.

Dem. Si ob $A:B > C:D$ (supp.) sit $pA > qB$, $pC =\!< qD$ (V. Def. 7.) etiam (V. Ax. 3.) erit

$$\begin{aligned} m.pA &> mqB; & mpC &=\!< m.qD, \\ n.pA &> nqB; & npC &=\!< n.qD, \\ mnpA &> mnqB; & mnpC &=\!< mnqD, \end{aligned}$$

seu

$$\begin{aligned} p(mA) &> m.qB; & p(mC) &=\!< m.qD \\ n.pA &> q.(nB); & n.pC &=\!< q(nD) \\ np(mA) &> mq(nB); & np(mC) &=\!< mq(nD), \end{aligned}$$

et cum aequemultiplices magnitudinum pA, pC; qB, qD sint ipsarum quoque magnitudinum A, C; B, D, pariterque aequemultiplices magnitudinum $p(mA)$, $p(mC)$; $q(nB)$, $q(nD)$ sint ipsarum mA, mC, nB, nD aequemultiplices (V. 3.), per V. Def. 7. constat propositum.

Prop. g. (*Hauber*. §. 16.)

$$\begin{array}{llll} \text{Vicissim, si} & \underline{A:B > C:D} & & \text{seu si } mA:B > mC:D, \\ \text{erit etiam} & \frac{A}{m}:B > \frac{C}{m}:D & & \text{vel } A:nB > C:nD \\ & \text{et } A:\frac{B}{n} > :C\frac{D}{n} & & \text{vel } \underline{mA:nB > mC:nD} \\ & \text{et } \frac{A}{m}:\frac{B}{n} > \frac{C}{m}:\frac{D}{n} & & \text{erit etiam } A:B > C:D \end{array}$$

Dem. Ob $mA:B > mC:D$, $A:nB > C:nD$, $mA:nB > mC:nD$ (supp.), fit (V. Def. 7,) $p(mA) > qB$, $p(mC) =< qD$

$$pA > q(nB),\ pC =< q(nD)$$
$$p(mA) > q(nB),\ p(mC) =< q(nD)$$

sive (V. 3.) $(pm)A > qB$, $(pm)C =< qD$

$$pA > (qn)B,\ pC =< (qn)D$$
$$(pm)A > (qn)B,\ (pm)C =< (qn)D$$

proinde V. Def. 7. erit $A:B > C:D$.

Cor. 1. (*Hauber*. §. 17.). Hinc et per Prop. f., si $A:B$

$$> C:D, \text{ erit } \frac{p}{m}A : \left\{\begin{matrix} B \\ \frac{1}{n}B \\ \frac{q}{n}B \end{matrix}\right. > \frac{p}{m}C : \left\{\begin{matrix} D \\ \frac{1}{n}D \\ \frac{q}{n}D \end{matrix}\right.$$

$$\text{et } \left.\begin{matrix} A \\ \frac{1}{m}A \end{matrix}\right\} : \frac{q}{n}B > \left.\begin{matrix} C \\ \frac{1}{m}C \end{matrix}\right\} : \frac{q}{n}D.$$

Cor. 2. (*Hauber* §. 18.). Itemque

$$mA ; \left\{\begin{matrix} \frac{1}{n}B \\ \frac{q}{n}B \end{matrix}\right. > mC : \left\{\begin{matrix} \frac{1}{n}D \\ \frac{q}{n}D \end{matrix}\right. \text{ et } \left.\begin{matrix} \frac{1}{m}A \\ \frac{p}{m}A \end{matrix}\right\} : nB > \left.\begin{matrix} \frac{1}{m}C \\ \frac{p}{m}C \end{matrix}\right\} : nD.$$

Prop. h. (*Hauber*. §. 19. *Pappi* Prop. VII. 3. coll. VII. 4. apud *Clavium* V. 28.)

Si, $A:B > C:D$, erit componendo $A+B:B > C+D:D$.

Dem. Sit $mA > nB$, $mC =< nD$ (supp. et V. Def. 7.), et additis mB, mD, erit $mA+mB > nB+mB$, $mC+mD =< nD+mD$, cumque

(V. 1.) sit $mA+mB=m(A+B)$, $mC+mD=m(C+D)$, ac (V. 2.), $nB+mB=(n+m)B$, $nD+mD=(n+m)D$, et proinde

$$m(A+B)>(n+m)B,\quad m(C+D)=<(n+m)D,$$

per V. Def. 7. constat propositum.

Cor. 1. (*Hauber.* §. 20.) Aliter haec Propositio sic exprimetur: Si differentia duarum magnitudinum ad earum minorem in maiori ratione est, quam differentia duarum aliarum ad harum minorem; etiam maior priorum ad ipsarum minorem in maiori ratione erit, quam maior posteriorum ad minorem. Nam si $A-B:B>C-D:D$, erit $A-B+B:B>C-D+D:D$ hoc est $A:B>C:D$.

Cor. 2. *Hauber.* §. 21.) Eodem supposito, quod in Prop. h., summa duarum priorum ad earum priorem in minori ratione erit, quam summa posteriorum ad tertiam. Nam, si $A:B>C:D$, inverse erit (Prop. a.) $B:A<D:C$, adeoque $A+B:A<C+D:C$ (Prop. h.), seu $A:A+B<C:C+D$ (Prop a.)

Prop. i. (*Hauber.* §. 22. *Clav.* V. 29.)

Si $A:B>C:D$, et $C>D$, ac proinde etiam $A>B$ (Prop. d.), erit etiam *dividendo* $A-B:B>C-D:D$, seu inverse $B:A-B<D:C-D$.

Dem. Sit $mA>nB$, $mC=<nD$ (supp. et V. Def. 7.); tum (V. Ax. 3.) quia $D<C$, erit $nD<nC$, proinde ex aequo vel à fortiori $mC<nC$, itaque $m<n$, et $nB>mB$, $nD>mD$. Iam, demtis mB, mD, erit $mA-mB>nB-mB$, $mC-mD=<nD-mD$, cumque
per V. 5. $mA-mB=m(A-B)$, $mC-mD=m(C-D)$
ac per V. 6. $nB-mB=(n-m)B$, $nD-mD=(n-m)D$;

$$\text{erit } m(A-B)>(n-m)B,\quad m(C-D)=<(n-m)D.$$

Quodsi $n-m$, qui est numerus integer, sit >1, propositum constat ex V. Def. 7. si vero $n-m=1$, erit $2m(A-B)>2B$, $2m(C-D)=<2D$, quoniamque aequemultiplices magnitudinum $m(A-B)$, $m(C-D)$ sunt ipsarum $A-B$, $C-D$ aequemultiplices (V. 5.), rursus per V. Def. 7. constat propositum.

Coroll. (*Hauber*. §. 23.) Quod quidem sic quoque exprimi potest: Si summa duarum magnitudinum ad earum alteram maiorem rationem habet, quam summa duarum aliarum ad harum alteram; ad eam priorum, quae terminum consequentem rationis maioris constituit, etiam altera ipsarum maiorem rationem habebit, quam altera posteriorum ad eam harum, quae est terminus consequens rationis minoris. Quippe

si $A+B:B>C+D:D$;
et $A+B-B:B>C+D-D:D$
i. e. $A:B>C:D$

Prop. k. (*Hauber*. §. 24. *Pappi* VII. 6. *Clav*. V. 30.).

Si $A:B>C:D$, et $C>D$, ac proinde (Prop. d.) $A>B$, erit *convertendo* $A:A-B<C:C-D$, seu inverse $A-B:A>C-D:C$.

Dem. Ob $A:B>C:D$ (supp.), erit dividendo (Prop. i.) $A-B:B>C-D:D$, ac proinde $A-B+B:A-B<C-D+D:C-D$ (Prop. h. Cor. 2.) i. e. $A:A-B<C:C-D$, seu
$A-B:A>C-D:C$ (Prop. a.).

Cor. 1. (*Hauber*. §. 25.) Sive etiam: si summa duarum magnitudinum ad earum unam maiorem rationem habet, quam summa duarum aliarum ad harum unam; summa priorum ad earum alteram minorem rationem habebit, quam summa posteriorum ad harum alteram. Etenim, si

$A+B:B>C+D:D$
erit $A+B:A+B-B<C+D:C+D-D$
i. e. $A+B:A<C+D:C$.

Quod etiam consequitur ex Prop. i. Cor. et Prop. h. Cor. 2.

Cor. 2. (*Hauber*. §. 26.) Generatim, si quatuor magnitudinum, quarum prior ad secundam maiorem rationem habet, quam tertia ad quartam, tertia maior fuerit quam quarta, adeoque (Prop. d.) etiam prima maior quam secunda; differentia priorum ad earum alterutram maiorem rationem habebit, quam differentia posteriorum ad harum alterutram, quae nimirum ei, quae in maiori ratione assumta erat, ordine respondet.

Cor. 3. (*Hauber.* §. 27.) Pariter, si differentia duarum magnitudinum ad earum minorem habet rationem maiorem, quam differentia duarum aliarum ad harum minorem, priorum quoque differentia ad earum maiorem in maiori ratione erit quam differentia posteriorum ad ipsarum maiorem.

Si enim $A-B:B>C-D:D$

erit $A-B:A-B+B>C-D:C-D+D$ (Prop. h. Cor. 2.)

i. e. $A-B:A>C-D:C$.

Quod etiam consequitur ex Prop. h. Cor. 1. et Prop. k.

Prop. l. (*Hauber.* §. 28.)

Si $A:B>C:D$, et $B>A$ adeoque (Prop. d.) $D>C$, erit

$\left.\begin{matrix}A\\B\end{matrix}\right\}:B-A>\left.\begin{matrix}C\\D\end{matrix}\right\}:D-C$ et inverse.

Dem. Cum sit $A:B>C:D$ (supp.), seu

$D:C>B:A$ (Prop. a.) et $B>A$ (supp.)

dividendo erit $D-C:C>B-A:A$ (Prop. i.), atque etiam

$D-C:D>B-A:B$ (Prop. k.)

unde pariter (Prop. a.) $A:B-A>C:D-C$

et $B:B-A>D:D-C$.

Cor. 1. (*Hauber.* §. 29.) Si duarum magnitudinum differentia ad earum maiorem in maiori ratione est, quam duarum aliarum differentia ad harum maiorem; priorum quoque maior ad ipsarum minorem in maiori ratione erit, quam posteriorum maior ad harum minorem. Nam, si

$A-B:A>C-D:C$

est $A:A-(A-B)>C:C-(C-D)$ Prop. l.

i. e. $A:B>C:D$.

Cor. 2. (*Hauber.* §. 30.) Item, eodem supposito, quod in Cor. praeced. pariter differentia priorum ad ipsarum minorem in maiori ratione erit, quam differentia posteriorum ad harum minorem. Si enim

$A-B:A>C-D:C$

est $A-B:A-(A-B)>C-D:C-(C-D)$ Prop. l.

i. e. $A-B:B>C-D:D$

quod et consequitur ex Cor. 1. et Prop. i.

Prop. m. (*Hauber*. §. 31. *Clav*. V. 31. cum Schol.).

Si vel $A:B=D:E$ vel $A:B>D:E$ vel tam $A:B>D:E$
et $B:C>E:F$ et $B:C=E:F$ quam $B:C>E:F$

ex aequo etiam erit $A:C>D:F$

Dem. 1) Si $A:B=D:E$ et $B:C>E:F$, sit $mB>nC$, $mE=<nF$ (V. Def. 7.). Tum, quia $nC<mB$ erit $A:nC>A:mB$ (V. 8.), et, cum ob $A:B=D:E$ (supp.) sit $A:mB=D:mE$ (V. 4.), etiam $A:nC>D:mE$ (V. 13.), quoniamque $mE=<nF$, erit et $D:mE=<D:nF$ (V. 7. 8.), ac proinde $A:nC>D:nF$ (V. 13. et Prop. b.), itaque $A:C>D:F$ (Prop. e.).

2) Si $A:B>D:E$, et $B:C=E:F$, inverse (V. 4. et Prop. a.)
erit $C:B=F:E$
et $B:A<E:D$

igitur ex aequo per demonstrata nr. 1. $C:A<F:D$ seu inverse (Prop. a.) $A:C>D:F$.

3) Si tam $A:B>D:E$, quam $B:C>E:F$, sit $mA>nB$, $mD=<nE$, et $pB>qC$, $pE=<qF$ (V. Def. 7.) erit et $pmA>pnB$, $pmD=<pnE$, $npB>nqC$, $npE=<nqF$ seu $pmA>pnB$, et $pnB>nqC$, pariterque $pmD=<pnE$, et $pnE=<nqF$: itaque hinc $pmA>nqC$, $pmD=<nqF$. Quare, cum aequemultiplices magnitudinum mA, mD, qC, qF sint ipsarum etiam A, D, C, F aequemultiplices (V. 3.), propositum per V. Def. 7. constat.

(Hinc sequens deduci potest Corollarium: Rationum inter se diversarum duplicatae (triplicatae etc.) etiam inter se diversae sunt, et maioris quidem maior. Nempe, sit v. gr. $A:B=B:C$, et $P:Q=Q:R$, sitque $A:B>P:Q$, et $mA>nB$, $mP=<nQ$. Iam, quoties $mA>nB$, erit et $mB>nC$, et quoties $mP=<nQ$, erit et $mQ=<nR$ (V. Def. 7.) itaque erunt simul $mB>nC$, et $mQ=<nR$, adeoque (V. Def. 7.) $B:C>Q:R$, unde ex hac Propositione m. erit $A:C>P:R$. Cf. observ. ad V. Def. 10. 11. Atque hinc porro facile coll. Cor. ad V. 22. per indirectum demonstrabitur, rationum earundem inter se subduplicatas (subtriplicatas etc.) pariter inter se esse easdem, diversarum diversas.)

Prop. n. (*Hauber.* §. 32. *Clav.* V. 32. cum Schol.)

Si vel $A:B=E:F$,	vel $A:B>E:F$,	vel tam $A:B>E:F$
et $B:C>D:E$	et $B:C=D:E$	quam $B:C>D:E$

erit etiam *ex aequo perturbate* $A:C>D:F$.

Dem. 1) Si $A:B=E:F$ et $B:C>D:E$. sit $mB>nC$, $mD=<nE$ (V. Def. 7.), et erit $nE:mF=>mD:mF$ (V. 7 et 8.) et, quia ob $A:B=E:F$ (supp.) etiam $nA:mB=nE:mF$ (V. 4.), erit et $nA:mB=>mD:mF$ (V. 11. 13.). Sed, cum sit $mB>nC$, est $nA:nC>mD:mF$ (V. 13. et Prop. b.), unde $A:C>D:F$ (Prop. e.).

2. Si $A:B>E:F$, et $B:C=D:E$, erit inverse
$C:B=E:D$ (V. Cor. 4. vel Prop. B.)
et $B:A<F:E$ (Prop. a.)

itaque per demonstrata nr. 1. $C:A<F:D$; seu inverse $A:C>D:F$ (Prop. a.)

3. Si $A:B>E:F$, et $B:C>D:E$, sit $mA>nB$, $mE=<nF$, et $pB>qC$, $pD=<qE$ (V. Def. 7.), igitur et $pmA>pnB$, npB, seu $pnB>nqC$, pariterque $qmE=<qnF$, mpD seu $pmD=<mqE$ seu qmE, atque hinc $pmA>nqC$, $pmD=<nqF$, et, quoniam magnitudinum mA, mD; qC, qF aequemultiplices ipsarum quoque A, D; C, F sunt (V. 3.), erit per V. Defin. 7. $A:C>D:F$.

Prop. o. (*Hauber.* §. 33.)

Si $A:B=>C:D$, et $E:B>F:D$, erit $A+E:B>C+F:D$.

Dem. 1) Si $A:B=C:D$ et $E:B>F:D$, sive inverse
$B:E<D:F$ (Prop. a.), *ex aequo* erit (Prop. m.)
$A:E<C:F$, itaque $A+E:A>C+F:C$ (Cor. 2. Prop. h.) et, cum sit $A:B=C:D$ (supp.), ex aequo etiam (Prop. m.) $A+E:B>C+F:D$.

2) Si $A:B>C:D$, et $E:B>F:D$, sit $mA>nB$, $mC=<nD$, et $pE>qB$, $pF=<qD$, erit etiam $pmA>pnB$, $pmC=<pnD$, et mpE, seu $pmE>mqB$, mpF seu $pmF=<mqD$, ergo etiam $pmA+pmE>pnB+mqB$, $pmC+pmF=<pnD+mqD$, seu (V. 3., V. 1., V. 2.)

$pm(A+E)>(pn+mq)B$, pariterque
$pm(C+F)=<(pn+mq)D$, unde et
$A+E:B>C+F:D$ per V. Def. 7.

Coroll. (*Hauber.* §. 34.) Sive etiam, si

$$\begin{array}{l} A:B=>C:D \\ \text{et } E-A:B>F-C:D \\ \hline \text{erit } A+E-A:B>C+F-C:D \\ \text{i. e. } E:B>F:D. \end{array}$$

Prop. p. (*Hauber.* §. 35.)

Si $A:B=<C:D$, et $E:B>F:D$, erit $C>F$, si $A>E$, et $A<E$, si $C<F$.

Dem. Nam, ob $A:B=<C:D$, et $E:B>F:D$ (supp.)
$B:E<D:F$ (Prop. a.)

erit etiam ex aequo $A:E<C:F$ (Prop. m.)
seu $E:A>F:C$ (Prop. a.)
unde per Prop. d. constat propositum.

Prop. q. (*Hauber.* §. 36.)

Si $A:B=<C:D$, et $E:B>F:D$, erit
$A-E:B<C-F:D$, si $B>E$, ac proinde (Prop. p.) $C>F$,
sed $E-A:B>F-C:D$, si $C<F$ . . . . $A<E$.

Dem. 1) Si est $A:B=<C:D$, et $E:B>F:D$, et $A>E$,
inverse erit $B:E<D:F$ (Prop. a.)

igitur ex aequo $A:E<C:F$ (Prop. m.)
et quia $A>E$, $A-E:A<C-F:C$ (Prop. k.)
quoniamque $A:B=<C:D$ (supp.)
etiam ex aequo $A-E:B<C-F:D$ (Prop. m.)

2) Si est $E:B>F:D$, et $A:B=<C:D$, atque $D<F$,
erit inverse $B:A=>D:C$ (Prop. B et a.)

quare ex aequo $E:A>F:C$ (Prop. m.),
et hinc $E-A:E>F-C:F$ (Prop. i.) quia $C<F$,
cumque sit $E:B>F:D$ (supp.)
ex aequo etiam $D-A:B=F-C:D$ (Prop. m.)

Cor. 1. (*Hauber.* §. 37.) Quod quidem etiam sic exprimi potest

$$\text{Si est } A+E:B=<C+F:D$$
$$\underline{\text{et } A:B>C:D}$$
$$\text{erit et } E:B<F:D.$$

$$\text{Sed, si } A:B=<C:D$$
$$\underline{\text{et } A+E:B>C+F:D}$$
$$\text{erit et } E:B>F:D.$$

Cor. 2. (*Hauber.* §. 38.) Hinc etiam, si

$$A-E:B<C-F:D$$
$$\underline{\text{et } A:B=<C:D}$$
$$\text{erit } A-(A-E):B<C-(C-F):D \text{ (Prop. q. nr. 1.)}$$
$$\text{seu } E:B<F:D.$$

$$\text{Et, si } A:B>C:D$$
$$\underline{\text{atque } A-E:B=<C-F:D}$$
$$\text{erit } A-(A-E):B>C-(C-F):D \text{ (Prop. q. nr. 2.)}$$
$$\text{hoc est } E:B>F:D.$$

Prop. r. (*Hauber.* §. 39.)

Si $A:B>C:D$, tum si $C>D$, ergo et (Prop. d.) $A>B$, erit $A+B:A-B<C+D:C-D$: et, si $A<B$, ergo et (Prop. d.) $C<D$, erit $A+B:B-A>C+D:D-C$.

Dem. Ob $A:B>C:D$ (supp.)

1) erit $A+B:A<C+D:C$ (Cor. 2. Prop. h.)

et, si $C>D$, convertendo $\underline{A:A-B<C:C-D}$ (Prop. l.)

quare ex aequo $A+B:A-B<C+D:C-D$ (Prop. m.)

2) erit quoque $A+B:B>C+D:D$ (Prop. h.),

et, si $A<B$, $\underline{B:B-A>D:D-C}$ (Prop. l.)

unde rursus ex aequo $A+B:B-A>C+D:D-C$ (Prop. m.)

Prop. s. (*Hauber.* §. 40.)

Vicissim, si $A+B:A-B>C+D:C-D$

erit $A:B<C:D$

Dem. Nam, ob $A+B:A-B<C+D:C-D$ (supp.)

est $A+B+A-B:A+B-(A-B)<C+D+C-D:C+D-(C-D)$ (Prop. r.) hoc est $2A:2B<2C:2D$

et proinde $A:B<C:D$ (Prop. e.)

Et hactenus quidem de magnitudinibus universim sermo fuit, sive ea, quae ad duas diversas rationes pertinent, inter se eiusdem, sive diversi generis fuerint. Iam vero transit auctor ad magnitudines *homogeneas*.

Prop. t. (*Hauber*. §. 41.) Conf. Prop. c.

Si quatuor homogenearum magnitudinum A, B, C. D sit $A=C$, et $B<D$, vel, si $A>C$, et $B=<D$, erit

$A:B>C:D$.

Dem. 1) Si $A=C$, et $B>D$,

erit $A:B>A:D$ (V. 8.)

et $A:D=C:D$ (V. 7.)

ac proinde $A:B>C:D$ (V. 13.)

2) Si $A>C$, et $B=<D$,

erit $A:B>C:D$ (V. 8.)

et $C:B=>C:D$ (V. 7. 8.)

itaque et $A.B>C:D$ (V. 13. et Prop. b.)

Prop. u. (*Hauber*. §, 42.)

Vicissim, si $A:B>C:D$, erit $B<D$, si $A=<C$, et $A<C$, si $B=>D$.

Dem 1) Si $A=<C$, erit

$C:B=>A:B$ (V. 7. 8.)

et cum sit $A:B>C:D$ (supp.)

etiam $C:B>C:D$ (V. 13 et Prop. b.)

proindeque $B<D$ (V. 10.)

2) Si $B=>D$, erit $C:D=>C:B$ (V. 7. 8.)

quare, cum sit $A:B>C:D$ (supp.)

erit et $A:B>C:B$ (V. 13 et Prop. b.)

itaque $A>C$ (V. 10.)

Prop. v. (*Hauber.* §. 43. *Pappi* VII. Prop. 5. apud *Clav.* V. 27.)

Si $A:B>C:D$, erit et *alterne* $A:C>B:D$, seu inverse $C:A=D:B$.

Dem. Sit $mA>nB$, et $mC \overline{\overline{<}} nD$ (supp. et V. Def. 7.)

erit igitur $mA:mC>nB:nD$ (Prop. t.)

et hinc $A:C>B:D$ (Prop. e.)

Prop. w. (*Hauber.* §. 44.)

Si $A:B>C:D$, erit $A+B:C+D \left\{ \begin{array}{l} >B:D \\ <A:C \end{array} \right.$

Dem. Ob $A:B>C:D$ (supp.) erit

1) componendo $A+B:B>C+D:D$ (Prop. h.)

et alterno $A+B:C+D>B:D$ (Prop. v.)

2) erit etiam $A+B:A<C+D:C$ (Cor. 2. Prop. h.)

et rursus alterne $A+B:C+D<A:C$ (Prop. v.)

Cor. 1. (*Hauber.* §. 45. *Pappi* VII. 8.) Pariter, si $A:B>C:D$,

erit et $A+C:B+D \left\{ \begin{array}{l} >C:D \\ <A:B \end{array} \right.$. Nam, ob $A:B>C:D$ (supp.)

erit alterno $A:C>B:D$ (Prop. v.) et hinc

$A+C:B+D \left\{ \begin{array}{l} >C:D \\ <A:B \end{array} \right.$ (Prop. w.)

Cor. 2. Inaequalium duarum magnitudinum maior ad minorem in maiori ratione est, quam summa maioris et cuiuscunque tertiae ad summam minoris et eiusdem tertiae.

Nam, si $A>B$, est $A:C>B:C$ (V. 8.), ideoque

$A+C:B+C<A:B$ (Prop. w.), seu $A:B>A+C:B+C$.

Prop. x. (*Hauber.* § 47.)

Si $A:B>C:D$, et $C>D$, itaque (Prop. d.) $A>B$, erit

$A-B:C-D> \left\{ \begin{array}{l} A:C \\ B:D \end{array} \right.$; sed si $B>A$, adeoque (Prop. d.)

$D>C$, erit $B-A:D-C< \left\{ \begin{array}{l} A:C \\ B:D \end{array} \right.$

Dem. Propter $A:B>C:D$ (supp.)

1) si $C>D$, erit $A-B:A>C-D:C$ (Prop. k.)

et $A-B:B>C-D:D$ (Prop. i.)

proinde etiam alterne $A-B:C-D>A:C$
et $A-B:C-D>B:D$ (Prop. v.)

2) si $B>A$, erit $B-A:A<D-C:C$
pariterque $A-A:B<D-C:D$ (Prop. l.)
unde iterum alterne $B-A:D-C<A:C$
et $B-A:D-C<B:D$ (Prop. v.)

Cor. 1. (*Hauber.* §. 48. *Pappi* VII, 9. *Clav.* V. 33.) Si $A:B>C:D$, et fuerit $B>D$, adeoque (Prop. u.) $A>C$, erit $A-C:B-D>\left\{\begin{matrix}A:B\\C:D\end{matrix}\right.$; sin autem $A<C$, ac proinde (Prop. u.) $B<D$, erit $C-A:D-B<\left\{\begin{matrix}A:B\\C:D\end{matrix}\right.$.

Nam, ob $A:B>C:D$ (supp.), erit alterne (Prop. o.)
$A:C>B:D$, atque hinc, si $B>D$, erit
$A-C:B-D>\left\{\begin{matrix}A:B\\C:D\end{matrix}\right.$; sin autem $A<C$,
$C-A:D-B<\left\{\begin{matrix}A:B\\C:D\end{matrix}\right.$ Prop. x.

Cor. 2. Inaequalium duarum magnitudinum maior ad minorem in minori ratione est, quam excessus maioris super tertiam quamcunque ad excessum minoris super eandem, minorem nimirum ambabus; in maiori vero, quam excessus tertiae cuiuscunque, quae sit ambabus maior, super maiorem, ad excessum eiusdem super minorem.

Etenim, si $A>B$, est $A:C>B:C$ (V. 8.)
et proinde $A-C:B-C>A:B$, si $C<B$
et $C-A:C-B<A:B$, si $C>A$ (Prop. x.)
seu $A:B\left\{\begin{matrix}<A-C:B-C\\>C-A:C-B\end{matrix}\right.$

Prop. y. (*Hauber.* §. 50. *Clav.* V, 34.)

Si $A:B>C:D$, et $C:D>E:F$ etc. erit summa omnium priorum $A+C+E+$ etc. ad summam omnium posteriorm $B+D+F+$ etc. in maiori ratione, quam postrema E priorum ad postremam F posteriorum: in minori autem, quam prima A priorum ad primam B posteriorum; et denique in maiori quam summa priorum $C+E+$ etc. omnium excepta prima A, ad summam posteriorum D+F+ etc. omnium, excepta harum prima B.

Dem. Ob $A:B > C:D$ (supp.)

est $A+C:B+D > C:D$ et $< A:B$ (Cor. 1. Prop. v.)

Quoniam autem $C:D > E:F$ (supp.), erit etiam

$A+C:B+D > E:F$ (Prop. b.)

atque hinc $A+C+E:B+D+F > E:F$, sed $< A+C:B+D$ (Cor. 1. Pr. f.) Unde porro ob $A+C:B+D < A:B$ per demonstrata erit $A+C+E:B+D+F < A:B$ (Prop. b.)

atque hinc $A+C+E:B+D+F > C+E:D+F$ (Cor. 1. Prop.)

Prop. z. (*Hauber.* §. 51.)

Si $A:B > C:D$, et $B > D$, pariterque $C > D$, et proinde (Prop. d. et Prop. u.) etiam $A > B$, et $A > C$: summa maximae et minimae $A+D$ maior est, quam summa duarum reliquarum $B+C$.

Dem. Ob $A:B > C:D$, et $C > D$ (supp.)

dividendo est $A-B:B > C-D:D$ (Prop. i.)

quoniamque $B > D$ (supp.) etiam $A-B > C-D$ (Prop. u.)

et, addito utrimque $B+D$

$A+D > B+C$.

Prop. a. (*Hauber.* §. 52. *Pappi* VII. 16.)

Si sint quatuor numeri vel lineae A, B, C, D, ita, ut $A:B > C:D$; erit productum vel rectangulum extremorum maius, quam productum aut rectangulum mediorum, et vicissim. (Hanc Propositionem, quamvis iam supponat Propositiones aliquas libri VI. vel VII., quae tamen independenter ab ea demonstrantur, propter nexum cum praecedentibus, noluimus à reliquis Hauberianis saeparare, et suo demum loco ponere, cui facile eam restituet lector intelligens).

Dem. 1) Quoniam $A:B > C:D$ (supp.)

et $A:B = A \times C:B \times C$ (VII. 17. VII. 18. VI. 1.)

erit etiam $A \times C:B \times C > C:D$ (V. 13.)

et quia rursus $C:D = A \times C:A \times D$ (VII. 17. VII. 18. VI. 1.)

etiam $A \times C : B \times C > A \times C : A \times D$ (V. 13.)

et hinc $B \times C < A \times D$ (V. 10.) seu

$A \times D > B \times C$.

2) Si $A \times D > B \times C$, pariter erit

$A \times C : B \times C > A \times C : A \times D$ (V. 8.)

et ob $A \times C : B \times C = A : B$ (VII. 17. VII. 18. VI. 1.)

$A : B > A \times C : A \times D$ (V. 13.):

et, quia rursus $A \times C : A + D = C : D$ (VII. 17. VII. 18. VI. 1.)

pariter $A : B > C : D$ (V. 13.)

Cor. (*Hauber.* §. 53.). Proinde, si $A : B > B : C$, denotantibus rursus A, B, C numeros, vel lineas,

est $A \times C > B^2$, vel B^q, et vicissim.

EXCURSUS

AD

ELEMENTORUM

L. VI. et maxime ad VI. Def. 5.

§. 1. Haec Definitio in Edictione *Oxoniensi* ita habet: *Λόγος ἐκ λόγων συγκεῖσθαι, ὅταν αἱ τῶν λόγων πηλικότητες ἐφ' ἑαυτὰς πολλα πλασιασθεῖσαι ποιῶσι τινά.* Editio *Basileensis* legit: *τινάς*. *Theon* seculi post C. N. quarti scriptor in Commentar. in *Ptolomaei* Almagestum (*Πτολεμάιου μεγάλης συντάξεως βιβλ. ιγ. Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὰ αὐτὰ ὑπομνημάτων βιβλ, ια.* Basil. 1538 p. 61. post ambiguum illud et vagum *τινά* addit *πηλικότητα λόγου*. Et Scholion Anonymi in Edit. Elementor. *Basileensi* p. 67. pro *τινά* substituit *λογόν*. *Eutocius* in locum *Archimedis* (*Ἀρχιμήδους τὰ σωζόμενα, μετὰ τῶν Εὐτοκίου Ἀσκαλωνίτου ὑπομνημάτων* iisdem verbis hanc Definitionem habet, ut nunc legitur in Edit. Oxon. Plerique Commentatores, ut *Clavius*, *Tartalea*, *David Gregorius* aliique vocem *πηλικότης* vertunt: quantitas, vel, ut ipsi vocem: quantitas interpretantur: rationum denominator vel exponens. *Wallisius* (Opera Mathem. Tom. II. p. 665 sqq.) *πηλικότης* interpretatur: quantuplicitas, quam exponi ait per exponentem rationis. (*Pfleiderer.* in Schol. in libr. VI. Elem. P. IV, è quibus excerpta sunt, quae in hoc Excursu habentur §. 200. not. 7. 8. 9 coll. §. 202. not. 15.).

§. 2. Verum enim vero, ut *Rob. Simson* observat, huius Definitionis, laxo, in quod definit, effato (vide *Pfleiderer* l. c. §. 200.) satis suspectae, in sequentibus apud *Eu-*

clidem. *Archimedem*, *Apollonium*, reliquosque veteres, qui ratione composita saepius utuntur, nullum amplius vestigium invenitur. (Id ipsum etiam, si non verbis, re tamen ipsa fatetur *Clavius*, nec satis excusare studet *Saccherius* (*Euclides* ab omni naevo vindicatus P. 138 sq.)). Ita v. c. in demonstratione VI. 23. in qua primum rationis compositae fit mentio, nihil prorsus occurrit, quod ad hanc Definitionem se referret. *Campanus* quoque Definitionem VI. 5. non habet.

§. 3. Aliam potius rationis compositae Definitionem, analogam ei, quae V. Def. 10. 11. habetur, aperte supponunt demonstrationes *Euclidis*, in quibus de rationibus compositis semo est v. c. VI. 23. et VII. 5. Eam à *Campano* iam strictius indicatam in VII. Def. 19. varii recentiores Mathematici, quorum plures nominat *Pfleiderer* l. c. §. 201. dedere, uberrime exhibuit *Rob. Simson* in Definitione A, quam V. Defin. 11. subnectit, his verbis:

1. Si fuerint quotamque magnitudinis eiusdem generis, prima ad ultimam habere dicitur rationem compositam ex ratione, quam habet prima ad secundam, et ratione secundae ad tertiam, et ea, quam habet tertia ad quartam, et ita deinceps usque ad ultimam. Ex. gr. sint magnitudines A, B, C, D: prima A habere dicitur ad ultimam D rationem compositam ex ratione ipsius A ad B, et ratione B ad C, et ratione C ad D; vel ratio A ad D dicitur composita esse ex rationibus A ad B, B ad C, et C ad D.

2. Si igitur ratio A ad B eadem sit rationi E ad F; et ratio B ad C eadem fuerit rationi G ad H; et ratio C ad D eadem rationi K ad L: A ad D habere dicitur rationem compositam ex rationibus, quae eaedem sunt rationibus E ad F, G ad H, et K ad L. Idemque intelligitur, quando brevitatis gratia dicitur A ad D habere rationem compositam ex rationibus E ad F, G ad H, et K ad L.

3. Similiter, si ratio M ad N eadem sit rationi A ad D, praecedentibus manentibus: brevitatis gratia dicitur ratio M ad N eadem esse rationi compositae ex rationibus E ad F, G ad H, et K ad L, (vel. quod *Playfair* addit, ipso etiam

ratio M ad N composita dicitur ex rationibus E ad F, G ad H, et K ad L.)

Eodem sensu caeteri quoque Geometrae veteres Graeci denominationem rationis compositae usurpant, v. c. *Archimedes* Libr. II. Prop. 5 de Sphaera et Cylindro; *Apollonius* Conic. I. Prop. 39. I. 40. III. 54. III. 66. *Ptolemaeus* loco supra citato, aliique.

§. 4. Ex his omnibus non sine ratione concludunt magni nominis Geometrae, inprimis *Rob. Simson* in Not. ad VI. 23. *Pfleiderer*. l. c. §. 204. not. 17. cum quibus consentiunt etiam plures eorum Mathematicorum, qui Definitionem §. 3. allatam etiam ipsi exhibent, et maxime *Scarburgh* (the English Euclide Oxf. 1705. Schol. in V. Def. 10. et in Def. 5. vulgarem libri VI.), vulgarem illam §. 1. exhibitam Definitionem non esse ipsius *Euclidis*, sed a *Theone* sine dubio, sublata genuina §. 3. allata, substitutam fuisse eam, quae nunc habetur explicationem, quae tamen minus apta, et, ut *Rob. Simson* ait, puerilis sit, quippe quae eis solummodo rationibus conveniat, quae numeris exhiberi possint. Atque hac ratione omnem de compositione rationum doctrinam absurdam et ἀγεωμετρικήν redditam esse. Unde et *Savilius*, qui vulgarem illam Definitionem §. 1. genuinam putarat, professus est, in pulcherrimo Geometriae corpore duas esse labes, nec, quod sciat, plures, in quibus eluendis et emaculandis cum veterum tum recentionum vigilaverit industria. Priorem nempe Post. 6, I: posteriorem, quae ad compositionem rationum pertineat (*Savilii* Praelect. Lect. VII. p. 140.).

§. 5. Hanc suspicionem, nempe *Theonem* Architectum esse vulgaris Definitionis §. 1. confirmare videntur ea, quae *Theon* in Commentar. ad Ptolem. loco supra citato habet. Ibi nempe, postquam *Ptolemaeus* propositionem aliquam de compositione rationum legitimo more eo sensu demonstraverat, quem Definitio §. 3. supponit, *Theon* ulterioris, quod ait, illustrationis gratia VI. Propos. 23. adhibet, quae vero argumentationem complicat potius quam explicat, tum vero ex abrupto et sine ulla ad propositum applicatione Definitionem cum vulgari illa exacte consentientem, nisi quod ad finem addit „πηλικότητα λόγου“ exhibet. Atque hoc primum certum est vestigium Definitionis §. 1. allatae, quam ipsam deinde *Eutocius* seculi post C. N. sexti scriptor in Commentario in *Archimedem* eo, quem §. 1. diximus, loco, ut in Elementis occurrentem, designat.

§. 6. Aliud praeterea argumentum, quo vulgarem rationis compositae Definitionem §. 1. allatam supposititiam esse probari possit, in eo deprehendit *Rob. Simson* p. 374 squ. quod VIII. Prop. 5. nihil aliud continet, quam quod in ipsa illa vulgari Definitione asseritur. Absurdum autem foret, propositionem aliquam in Elementis poni tanquam Definitionem, et eandem in iisdem demonstrari. Propositionem autem VIII. 5. in Elementis locum habere debere, non est dubium, idem enim in ea demonstratur de numeris planis, quod in VI. 23. de parallelogrammis aequiangulis; quare VI. Definitio 5. in Elementis locum habere non potest. Quae quum ita sint, liceat vulgarem illam Definitionem §. 1. positam, Definitionem *Theonis*, alteram autem §. 3. exhibitam, V. Definitionibus 10. 11. analogam, adeoque sine dubio magis ex *Euclidis* mente positam, Definitionem *Simsonis* appellare.

§. 7. Vulgarem illam Definitionem minus aptam esse non tantum inde patet, quod rei mere geometricae numeri, atque operationes in numeris usitatae immiscentur, verum etiam quarumlibet rationum datarum exponentes integros fractosque dari, nullo tot rationum numeris ineffabilium censu habito, supponitur. Quando autem numeris integris aut fractis rationes datae exprimuntur, ex quibus alia haud immediate cognita componitur, seu infertur, tum omnino haec eadem est rationi, quam productum multiplicationis terminorum antecedentium rationum habet ad productum ex ipsarum terminis consequentibus, vel, quod eodem redit: denominator, (i. e. numerus integer aut fractus indicans, cui multiplo, aut cui parti, quibusve partibus consequentis aequetur terminus antecedens rationis) rationes primae quantitatis ad ultimam exprimitur denominatoribus mediarum rationum inter se multiplicatis. Nempe,

si $A:B=m:n$ denotantibus m, n, p, q, r, s numeros datos,
$B:C=p:q$ eosque integros (quia rationes numero integro
$C:D=r:s$ et fracto, vel duobus fractis expressae facile
etc.

per V. 15. aequipollentes numeris integris expressas reducuntur): erit $A:C=mp:nq$; $A:D=mpr:nqs$ etc. Necesse est autem ad hanc propositionem, in qua de numeris agitur, demonstrandam, doctrinam de numeris, ut libr. VII. Elementorum (qui nihil de rationum compositione supponit) traditur, adhibere, aut, quae huc pertinent, separatim demonstrare. Quod quum omnino liceat, haec erit demonstratio (vid. *Pfleiderer.* l. c. §. 207.)

Ob $A:B=m:n=pm:pn$ (V. 15.) $=mp:np$ (VII. 16.)
et $B:C=p:q=$ $np:nq$ (V. 15.)
est $A:C=mp:nq$ (V. 22.),
Tum, ob $A:C=rmp:rnq$ (V. 15.) $=mpr:nqr$ (VII. 16.)
et $C:D=r:s=$ $nqr:nqs$ (V. 15.)
fit $A:D=mpr:nqs$ (V. 22.) etc.

vel $\frac{A}{D}=\frac{mpr}{nqs}=\frac{m}{n}\cdot\frac{p}{r}\cdot\frac{q}{s}=\frac{A}{B}\cdot\frac{B}{C}\cdot\frac{C}{D}=\frac{A.B.C}{B.C.D}$.

Varios aliorum conatus Definitiones *Theonis* et *Rob. Simsonis* inter se conferendi refert *Pfleiderer.* l. c. not. 17. et ipse plures etiam exhibet.

§. 8. Usum rationis compositae, quum omnia, in quibus solet adhiberi ratio composita, possint etiam sine eius auxilio tum enuntiari, tum demonstrari, in hoc unice consistere ait *Rob. Simson*, quod eius ope periphrases evitentur, et ita Propositiones possint vel enuntiari vel demonstrari brevius, vel utrumque simul fieri possit. Ex. gr. si Propositio VI. 23. enuntianda esset, non facta rationis compositae mentione, id ita fieret: Si duo Parallelogramma aequiangula fuerint, et at, fiut unum latus prioris ad unum posterioris, ita quaevis recta assumta ad secundam aliquam; et, uti alterum latus prioris ad alterum posterioris, ita secunda illa fiat ad tertiam: erit prius Parallelogrammum ad posterius, ut recta primitus assumta ad hanc tertiam. Veteres autem cum vidissent, hanc enunciationem posse breviorem reddi, si nomen impositum esset rationi, quam habet prima recta ad ultimam, quo nomine simul indicarentur rationes intermediae, primae scilicet ad secundam, et secundae ad tertiam rectam, et ita deinceps, si plures fuerint rectae; rationem hanc primae ad ultimam dixerunt rationem compositam ex rationibus primae ad secundam, et secundae ad tertiam rectam, hoc est, in praesenti casu ex rationibus, quae eaedem sunt rationibus laterum, atque ita brevius Propositionem enunciarunt: Si fuerint duo aequiangula parallelogramma, habebunt inter se rationem eandem ei, quae composita est ex rationibus, quae eaedem sunt rationibus laterum, vel adhuc brevius: aequiangula parallelogramma inter se rationem habent eandem ei, quae composita est ex rationibus laterum. Quum itaque ratio composita sit tantum modus loquendi, *Euclides* utitur quoque in Definitionibus rationis duplicatae et triplicatae verbo: *λέγεται*, quo verbo sine dubio utebatur etiam in Definitione rationis compositae, quam *Theon* aliusve ex Elementis sustulit; nam idem verbum retentum est in inepta Definitione rationis compositae, quae nunc in VI. Def. 5. habetur. In citationibus autem harum Definitionum aliquando retinetur, ut in Dem. VI. 19.; aliquando omittitur ut in Dem. XI. 33. ubi tamen *ἔχει* sine dubio idem significat, ac *ἔχειν λέγεται*, et in V. 23. ubi *σύγκειται* brevitatis caussa dicitur pro: *σύγκεισθαι λέγεται*. Ita fere *Rob. Simson* l. c. *Pfleiderer* tamen l. c. §§. 222. 223. monet, hac denominatione indicari simul, rationem, quae ex aliis componi dicatur, ab his pendere, per eas determinari, sic ut ex his cognitis iuxta normam quandam constantem colligi atque inferri possit. Has porro et omnes, et simplicissimas designari supponi, quas indoles magnitudinum, de quarum ratione ex iis componenda praecipiatur, requirat, vel quas datorum problematis, cui enodando earum compositio adhibeatur, conditio suggerat.

§. 9. Ex Definitione *Rob. Simsonis* plures deduci possunt consequentiae, quarum partem habet ipse *Rob. Simson* in Proposit. F, G, H, K. Append. ad Libr. V. Nos eas hic ita sistemus, ut sunt apud *Pfleiderer.* l. c. Earum prima haec est: Rationes ex rationibus respective inter se iisdem compositae (sensu strictiori Defin. *Simson.* nr. 1.) sunt inter se eaedem. (Est haec *Simson.* Propos. F in Append. ad Libr. V. vel, si mavis, V. Prop. 22. et 23. (caeterum antea demonstrandae, ut ab *Euclide* factum est) aliis verbis ita exprimi possunt. *Pfleiderer.* §. 208.)

$$\begin{array}{rl} \text{Sit enim} & A:B=D:E \\ & B:C=E:F \\ \text{erit (V. 22.)} & A:C=D:F \end{array}$$

$$\begin{array}{rl} \text{Vel, sit} & A:B=E:F \\ & \underline{B:C=D:E} \\ \text{erit (V. 22.)} & A:C=D:F. \end{array}$$

Et similiter, si fuerint plures rationes in utroque casu.

§. 10. Pariter, si duae pluresve rationes eaedem sint totidem aliis; terminisque singularum ac magnitudini datae vel assumtae quarta proportionalis inveniri potest (quae eadem determinatio propositionibus analogis sequentibus est applicanda): latiori etiam sensu Def. *Simson.* nr. 2. sq. eaedem erunt inter se rationes, quarum una ex prioribus, altera ex posterioribus componitur.

$$\begin{array}{rl} \text{Quodsi enim} & A:B=E:F \\ & C:D=G:H \end{array}$$

$$\begin{array}{llll} \text{fiat} & A:B=K:L & \text{et} & E:F=N:O \\ & C:D=L:M & & G:H=O:P, \end{array}$$

$$\begin{array}{rl} \text{eruntque ex V. 11.} & K:L=N:O \\ & \underline{L:M=O.P} \\ \text{adeoque V. 22.} & K:M=N:P \end{array}$$

Eodemque modo assertum de pluribus, quam duabus rationibus, compositioneque rationum iuxta Def. *Simson.* nr. 3. accepta demonstratur. (*Rob. Simson,* l. c. Prop. G. *Pfleiderer.* l. c. §. 209.).

In sequentibus rationem ex duabus pluribusve sensu Def. *Simson.* nr. 2. 3. compositam, ubi e re erit, compendii causa designabimus, has serie verticali scriptas uncis includendo.

Sic modo praecedens propositio ita exprimetur:

$$\begin{pmatrix} A:B \\ C:D \end{pmatrix} = \begin{pmatrix} E:F \\ G:H \end{pmatrix}, \text{ si } \begin{matrix} A:B = E:F \\ C:D = G:H. \end{matrix}$$

§. 11. Eadem porro inter se sunt rationes, quarum utraque sensu Def. *Simson.* nr. 2. ex iisdem rationibus componitur. Hoc quippe sensu, si tam ratio A:B, quam altera C:D ex rationibus E:F, G:H componitur, sintque $\begin{matrix} E:F = K:L \\ G:H = L:M \end{matrix}$: erit tam A:B = K:N (Def. *Sims.* nr. 2.) quam C:D = K:M; igitur A:B = C:D (V. 11.) *Pfleiderer.* l. c. §. 210.

§. 12. Sicut rationis ignotae investigatio compositione eius ex rationibus scopo congruis dirigitur, et, quando hae liquent, absolvitur: ita vicissim indagatio rationis, quam unam esse constat earum, ex quibus ratio data componitur, ad determinandam alteram, alterasve hanc componentes reducitur; quo facto illa *divisione*, quam vocant, *datae rationis compositae* per notam componentem alteram vel ex alteris compositam innotescit. (*Pfleiderer.* l. c. §. 224.).

§. 13. Reductionem divisionis huius ad compositionem docet *Pappi* Propositio 171. Lib. VII. Collect. Mathem. seu Lemm. 7. in Lib. I. Conicor. Apollonii: quo, si A sit ad B in ratione composita ex rationibus C:D, E:F; vicissim rationem C:D ex rationibus A:B ac F:E seu inversa ipsius E:F componi ostendit. Facto enim E:F = D:H; erit (Def. *Simson.*) ratio, quae ex rationibus C:D, E:F componitur, h. e. (supp.) A:B = C:H.

Quare, cum ita sint $\begin{matrix} C:H = A:B \\ H:D = F:E \end{matrix}$

est (Def. *Sims.*) $C:D = \begin{pmatrix} A:B \\ F:E \end{pmatrix}$

Eodemque modo, ex quotcunque rationibus C:D, E:F, G:H etc. componatur ratio A:B; caeteris E:F, G:H etc. ad unam P:Q ex iis compositam reductis, demonstratur, rationem C:D componi ex rationibus A:B et Q:P; seu C esse ad D in ratione composita ex directa A ad B et inversa rationis P ad Q. (*Pfleiderer.* l. c. §. 225.)

§. 14. Hinc eaedem etiam inter se sunt rationes, quae rationibus iisdem inter se A:B, C:D per alias E:F, G:H pariter inter se easdem divisis obtinentur. Quippe ob E:F=G:H (supp.) est etiam F:E=H:G (Prop. B. in Excurs. ad Libr. V.). Quare, cum quoque sit A:B=C:D, ratio ex A:B ac F:E composita eadem est rationi compositae ex C:D et H:G (§. 10.) h. e. (§. 13.) quae rationem A:B per alteram E:F dividendo prodit, ratio eadem est rationi divisione rationis C:D per alteram G:H oriundae. (*Pfleiderer*. l. c. §. 226.)

§. 15. Idem in Propositionibus H, K Element Libr. V: annexis *Rob. Simson* uberius sic enunciat: „Si ratio ex quibusdam rationibus" (sive strictiori, sive latiori in Def. *Sims.* exposito sensu) „composita eadem sit rationi ex quibusdam aliis rationibus compositae, fueritque una ratio ex prioribus, vel ratio ex quibusdam ex prioribus composita, eadem uni rationi ex posterioribus, vel rationi ex quibusdam ex posterioribus compositae: erit reliqua ratio ex prioribus, vel ratio ex reliquis prioribus composita, eadem rationi reliquae ex posterioribus, vel rationi ex reliquis posterioribus compositae. (*Pfleiderer*. l. c. §. 227.)

§. 16. Quando $A:B=\begin{pmatrix}C:D\\E:F\end{pmatrix}$, pariter est $A:B=\begin{pmatrix}E:F\\C:D\end{pmatrix}$.

Factis enim $\begin{matrix}C:D=K:L\\E:F=L:M\end{matrix}$, est $A:B=\begin{pmatrix}K:L\\L:M\end{pmatrix}=K:M$ (V. 22.)

at ob K:M quoque $=\begin{pmatrix}L:M\\K:L\end{pmatrix}$ (V. 23.) $=\begin{pmatrix}E:F\\C:D\end{pmatrix}$;

pariter est $A:B=\begin{pmatrix}E:F\\C:D\end{pmatrix}$. Similiterque rationem ex pluribus quam duabus compositam, mutato horum ordine haud mutari ostenditur (*Pfleiderer*. §. 228.)

§. 17. Inverse, quando $A:B=\begin{pmatrix}C:D\\E:F\end{pmatrix}$, erit $B:A=\begin{pmatrix}D:C\\F:E\end{pmatrix}$.

Factis enim $\begin{matrix}C:D=K:L\\E:F=L:M\end{matrix}$ est $A:B=\begin{pmatrix}K:L\\L:M\end{pmatrix}=K:M$, et $B:A = M:K$ (Prop. B. in Excursu ad Libr. V.) $= \binom{L:K}{M:L}$ (V. 23.) $= \binom{D:C}{F:E}$ (Prop. B in Exc. ad Libr. V.). Quod rursus similiter ad rationem ex pluribus quam duabus compositam extenditur (*Pfleiderer.* §. 229.)

§. 18. Si A, B, C, D sunt magnitudines homogeneae, est $\binom{A:B}{C:D} = \binom{A:D}{C:B}$. Factis enim $\begin{matrix} A:B = K:L \\ C:D = L:M \end{matrix}$; $\begin{matrix} A:D = K:O \\ C:B = O:P \end{matrix}$

ut sint $\binom{A:B}{C:D} = K:M$, $\binom{A:D}{C:B} = K:P$ (Def. *Simson.*)

ob $A:B = K:L$
$B:C = P:O$ (Prop. B in Exc. ad Libr. V.)
$C:D = L:M$

est $A:D$ seu (constr.) $K:O = \begin{pmatrix} K:L \\ P:O \\ L:M \end{pmatrix}$,

unde §. 13. $\binom{K:O}{O:P} = \binom{K:L}{L:M}$

h. e. (V. 22.) $K:P = K:M$, ideoque $\binom{A:B}{C:D} = \binom{A:D}{C:B}$. (*Pfleiderer.* §. 230.)

§. 19. Si $A:B = \begin{pmatrix} C:D \\ E:F \\ G:H \end{pmatrix}$, atque $E:F = D:I$, est

$A:B = \binom{C:I}{G:H}$. Facto enim $G:H = I:K$, fit

$A:B = \begin{pmatrix} B:D \\ D:I \\ I:K \end{pmatrix}$ (§. 10.) $= C:K$ (Def. *Sims.*) $= \binom{C:I}{I:K}$

(Def. *Sims.*) $= \binom{C:I}{G:H}$ §. 10. (*Pfleiderer.* §. 231.)

§. 20. Sit A ad B in ratione composita ex rationibus E:F et G:H; atque B:C=I:K: erit A ad C in ratione composita ex rationibus E:F, G:H, I:K. Factis enim

$$\begin{array}{ll} P:Q=E:F & P:R=\left(\begin{matrix}E:F\\ G:H\end{matrix}\right) \\ Q:R=G:H;\ \text{unde} & \\ R:S=I:K & P:S=\left(\begin{matrix}E:F\\ G:H\\ I:K\end{matrix}\right)\end{array}$$

erunt $A:B=P:R$ (§. 21.)
$B:C=R:S$ (V. 11.)

$$A:C=P:S\ (\text{V. } 22.)=\left(\begin{matrix}E:F\\ G:H\\ I:K\end{matrix}\right).$$ Idemque similiter et ad plures magnitudines A, B, C, D etc. et ad rationes ipsarum rationibus mutuis aequipollentes simplices compositasve quaslibet extenditur (*Pfleiderer*. §. 232.)

§. 21. Si $A:B=\left(\begin{matrix}C:D\\ E:F\end{matrix}\right)$, et A, B, C, D, E, F sunt magnitudines homogeneae: ob $B:C=B:C$
$B:E=B:E$

$$\text{fiunt } A:C=\left(\begin{matrix}C:D\\ E:F\\ B:C\end{matrix}\right)=\left(\begin{matrix}B:C\\ C:D\\ E:F\end{matrix}\right)=\left(\begin{matrix}B:D\\ E:F\end{matrix}\right)$$

§. 20. §. 16. §. 19. §. 18.

$$A:E=\left(\begin{matrix}C:D\\ E:F\\ B:E\end{matrix}\right)=\left(\begin{matrix}C:D\\ B:E\\ E:F\end{matrix}\right)=\left(\begin{matrix}C:D\\ B:F\end{matrix}\right)=\left(\begin{matrix}B:D\\ C:F\end{matrix}\right)$$

(*Castillon* sur une nouvelle proprieté des sections coniques in Nouv. Mem. de l'Acad. de Berlin. Année 1776. p. 298.) Ceterae, quae *ibidem* ex $A:B=\left(\begin{matrix}C:D\\ E:F\end{matrix}\right)$ deducuntur rationes, ex §. 13. 17. 18. et nunc §. 21 ostensis consequuntur. (*Pfleiderer*. §. 233.)

§. 22. *Ratio composita ex eiusdem rationis directa et inversa est ratio aequalitatis, seu aequalium.* Quippe, si

$$\begin{array}{l} A:B=E:F \\ \text{et } B:C=F:E \\ \hline \end{array}$$

fit $A:C=E:E$ (V. 22.), proinde $A=C$ (Excurs. ad Libr. V. (Prop. A.) (*Pfleiderer*. §. 234.)

§. 23. Compositionem vero plurium rationum ingredientes eiusdem rationis directa et inversa se mutuo destruunt

$$\text{ita ut sint } \begin{pmatrix} A:B \\ C:D \\ B:A \end{pmatrix}=C:D, \ \begin{pmatrix} A:B \\ C:D \\ E:F \\ B:A \end{pmatrix}=\begin{pmatrix} C:D \\ E:F \end{pmatrix} \text{ etc.}$$

$$\begin{array}{l} \text{Factis enim } A:B=K:L \\ \qquad\qquad\quad C:D=L:M \\ \qquad\qquad\quad E:F=M:N \\ \hline \end{array}$$

$$\text{ideoque (Def. Sims.) } \begin{pmatrix} A:B \\ C:D \end{pmatrix}=K:M$$

$$\begin{pmatrix} A:B \\ C:D \\ E:F \end{pmatrix}=K:N$$

ob $B:A=L:K$ (const. et Prop. B. in Excurs. ad Libr. V.)

$$\text{fiunt } \begin{pmatrix} A:B \\ C:D \\ B:A \end{pmatrix}=\begin{pmatrix} K:M \\ L:K \end{pmatrix} \quad =L:M=C:D \text{ (Constr. et V. 11.)}$$

§. 20.

$$\begin{pmatrix} A:B \\ C:D \\ E:F \\ B:A \end{pmatrix}=\begin{pmatrix} K:N \\ L:K \end{pmatrix} \quad =L:N=\begin{pmatrix} C:D \\ E:F \end{pmatrix} \text{ (Constr. et §. 11.)}$$

(*Pfleiderer*. §. 235.)

§. 24. Hinc, si $\begin{pmatrix} A:B \\ C:D \end{pmatrix}=\begin{pmatrix} E:F \\ G:H \end{pmatrix}$, atque $C:D=G:H$; pariter erit $A:B=E:F$.

$$\text{Quippe, ob } \begin{pmatrix} A:B \\ C:D \end{pmatrix}=\begin{pmatrix} E:F \\ G:H \end{pmatrix}$$

$$\text{est } A:B=\begin{pmatrix} E:F \\ G:H \\ D:C \end{pmatrix} \text{ §. 13.}=\begin{pmatrix} E:F \\ C:D \\ D:C \end{pmatrix} \text{ (supp. et §. 10.)}$$

$=E:F$ (§. 23.) (*Pfleiderer*. §. 236.)

§. 25. Vicissim si ratio, quae ex duabus componitur, est ratio aequalitatis: rationum, ex quibus componitur, una est alterius inversa.

Nempe, si $\begin{matrix} A:B = E:F \\ B:C = G:H \end{matrix}$ igitur $A:C = \begin{pmatrix} E:F \\ G:H \end{pmatrix}$;

et $A = C$, ideoque $A:B = C:B$ (V. 7.): fit $E:F = H:G$ (supp. et Prop. B in Exc. ad Libr. V. et V. 11.) (*Pfleiderer*. §. 237.)

§. 26. Pariter, si in Compositione trium pluriumve rationum duae se mútuo destruunt, harum una alterius est inversa.

Quippe si $\begin{pmatrix} A:B \\ C:D \\ E:F \end{pmatrix} = A:B$, et $\begin{matrix} A:B = K:L \\ C:D = L:M \\ E:F = M:N \end{matrix}$

est (Def. *Sims.*) $K:N = K:L$, ideoque (V. 9.) $N = L$, et (V. 7.) $L:M = N:M$; proinde $C:D = F:E$ (Prop. B in Excurs. ad Libr. V. et V. 11.)

Pariter, si $\begin{pmatrix} A:B \\ C:D \\ E:F \\ G:H \end{pmatrix} = \begin{pmatrix} A:B \\ C:D \end{pmatrix}$; et $\begin{matrix} A:B = K:L \\ C:D = L:M \\ E:F = M:N \\ G:H = N:O \end{matrix}$

est (Def. *Sims.*) $K:O = K:M$

et (V. 9.) $O = M$

et (V. 7.) $M:N = O:N$; itaque $E:F = H:G$.

Et sic ulterius. (*Pfleiderer*. §. 238.)

BONNAE
TYPIS BÜSCHLERIANIS
1825.

CORRIGENDA.

IN TOMO I.

p. XI *v.* 24 Boermann *l.* Baermann
— XVI *v.* 7 Ptolomaeo *l.* Ptolemaeo
— 5 *v.* 27 ὑφ' *l.* ἐφ', eodemque modo p. 6. *v.* 32.
— 13 *v.* 32 circuli, quadrati *l.* circuli quadrati
— 24 *v.* 11 e *l.* et
— 27 *v.* 34 et *l.* ac
— 28 *v.* 35 quoque *l.* quoquo
— 30 *v.* *ult.* §. *l.* §. 28
— 32 *v.* 29 ad oculos *l.* ob oculos
— 56 *v.* 29 prope *l.* pro.
— 72 *v.* 24 Coila *l.* Cod. a
— 73 *v.* *ult.* duobus *l.* quatuor
— 105 *v.* 26 scalerum *l.* scalenum
— 120 *v.* 20 et 21 (n—2×2R *l.* (n—2)×2R
— 124 *v.* 4 $AB\Delta$ *l.* $A\Gamma\Delta$
— 150 *v.* 23 et 25 hypothenusa *l.* hypotenusa
— 168 *v.* 21 *βευθητεῖν* *l.* *βουθυτεῖν*
— 173 *v.* 10 habent *l.* habent *ZB*
— ibid. *v.* *penult.* Quadrata *l.* quadrata
— 180 *v.* 23 ostendet *l.* ostendent
— 181 *v.* *ult.* et p. 182 *v.* 20 parallelogrammum *l.* parallelogrammorum.
— 297 *v.* *antepen.* recat *l.* recta
— 200 *v.* 30 $\frac{A\Pi-\Pi B}{2}$ *l.* $\frac{\Pi B-A\Pi}{2}$
— 201 *v.* 15 $\Delta\Pi=\Gamma P+\Gamma T=\Pi+\Delta=\frac{A\Pi-\Pi B}{2}$
l. $\Delta\Pi=\Gamma\Pi+\Gamma\Delta=\frac{\Pi B-A\Pi}{2}$
— 202 *v.* 25 $\begin{matrix}A\Delta-B\Delta\\2\end{matrix}$ *l.* $\frac{A\Delta-B\Delta}{2}$
— 206 *v.* 5 ΞO *l.* $N\Xi O$
— 208 *v.* 24 11. ad 10. Obs. 8. *l.* ad II. 10. Obs. 10
— 214 *v.* 21 *τετραγώνον* *l.* *τετραγώνου*

P. 218 v. *antepen.* $ABB-\Delta$ *l.* $AB-B\Delta$
— 215 v. 8 et 9 ΠA *l.* $\Pi \Delta$
— 218 v. 29 e si sit *l.* i. e. si sit
— 219 v. 18 $-A\Delta^q+B\Delta^q)$ *l.* $-(A\Delta^q+B\Delta^q)$
— ibid. v. 19 $2.\Gamma\Pi^q-2(\Gamma\Pi^q-\Gamma\Delta^q)$ *l.* $2\Gamma\Pi^q-2\Gamma\Delta^q=2(\Gamma\Pi^q-\Gamma\Delta^q)$
— 223 v. 9 EZ *l.* ΔZ
— 232 v. 24 $2\Gamma\Delta$ *l.* $2\Gamma\Delta^q$
— 240 v. 13 11. II *l.* II. 11.
— 241 v. 15 rectangulus *l.* rectangulum
— 242 v. 15 Obs. 6 *l.* Obs. 5.
— 252 v. 3 $\Delta\Gamma\cdot$ *l.* $\Delta\Gamma$,
— 255 v. 29 Obs. (. *l.* Obs. 4.
— 256 v. 21 $HEq\Theta$ *l.* HE^q
— 258 v. 16 difficiens *l.* deficiens
— 261 v. 24 ad Obs. 5 *l.* ad Obs. 4.
— 262 v. 12 seu *l.* sed
— 272 v. 19 ABE *l.* ΔBE
— 279 v. 22 $B\Gamma$ *l.* B, Γ
— 283 v. 23 $BE:EZ$ *l.* BE, EZ
— 308 v. 7 ὡς αἱ *l.* ὡς ἡ
— 309 v. 16 differentia *l.* differentiae
— 332 v. 25 $\left(\frac{MN}{2}\right)^2$ *l.* $\left(\frac{MN}{2}\right)^q$
— 328 v. 2 μὴν *l.* μὲν
— 355 v. 4 BH; *l.* BH,
— 379 v. 9 $A\Gamma B$ *l.* $\Delta\Gamma B$
— 387 v. 8 AB *l.* AE.
— ibid. v. 13 Et angulus *l.* Angulus itaque
— 393 v. 16 EBc contento *l.* EB contento
— 403 v. 23 nonnullam *l.* nonnullas

IN TOMO II.

P. 6 v. 2 οὐ μείζων *l.* οὐ, μείζων
— 8 v. *ult.* omni *l.* omnia
— 16 v. 16 te *l.* et
— 31 v. 21 $O\Delta$ *l.* $O\Delta^2$
— 37 v. 16 $B\Delta\Gamma$ *l.* $B\Delta E$
— 38 v. 13 $B\Delta A$ *l.* $B\Delta A$
— 47 v. *ult.* sit $(n-\frac{1}{2})$ *l.* sit $(n-\frac{1}{2})$ plus anguli ad verticem, ita ut v. gr. Pro octogono
— 49 v. 28 sin *l.* sit

P. 50 *v.* 26 $2n$ *l.* 2^n,
— 61 *v.* *penult.* $= \underline{\text{Rect.}}$ *l.* $= \frac{\text{Rect.}}{3}$
— 66 *v.* 25 $2r$ *l.* 2^r
— 67 *v.* 16 $\left(20\overset{2}{+}1\right)$ $\left(21\overset{3}{+}1\right)$ $\left(22\overset{5}{+}1\right)$

$$l.\ \left(2^{0}+1\right)^{2}, \left(2^{1}+1\right)^{3}, \left(2^{2}+1\right)^{5}$$

— ibid. *v.* 16 et 17 $2m+1$ *l.* 2^m+1
— ibid. *v.* 22 $= \frac{1}{15}$ *l.* $= \frac{1}{51}$
— 71 *v.* 3 *Post quindecagono add.*: aequilatero et aequiangulo
— 79 *v.* 12 confirmare *l.* confirmari
— 86 *v.* 9 ἀναστοφὴ *l.* ἀναστροφὴ
— 88 *v.* 11 παντὰ *l.* πάντα,
— 101 *v.* 22 pAgB *l.* pA:gB
— 108 *v.* 4 *a fine* propositioni *l.* propositione
— 113 *v.* *ultim.* ea: quae *l.* ea, quae
— 114 *v.* 19 (A—B *l.* (A—B)
— 121 *v.* 6 *a fine* magnitudinibus *l.* in magnitudinibus
— 128 *v.* *ultim.* *ΓΔ* *l.* *Γ:Δ*
— 140 *v.* 6 *a fine* rarione *l.* ratione
— 158 *v.* 12 definitionem *l.* definitionum
— 161 *v.* 5 — 2 *l.* 4
— ibid. *v.* 16 duobus *l.* duabus
— 213 *v.* *antepenult.* disideret *l.* desideret
— 214 *v.* 14 μρὸς *l.* πρὸς
— 220 *v.* 8 *ΓΔ* *l.* *ΓΔ, E*
— 222 *v.* 17 τὺ *l.* τὸ
— 225 *v.* 6 *a fine* compandii *l.* compendii
— 227 *v.* 11 *a fine* $B\Gamma$ *l.* $B\Gamma^q$
— 228 *v.* 7 *a fine* in *l.* ad
— 232 *v.* 2 εὐθεῖαι *l.* εὐθεῖα
— 234 *v.* 8 ὄατως *l.* οὕτως
— 240 *v.* 14 *a fing* ABF *l.* ABE
— 246 *v.* 17 hac *l.* haec
— 247 *v.* 5 *BEM* *l.* *BEΣ*
— 263 *v.* 3 *a fine* quartae *l.* quarta
— 269 *v.* *ultim.* unus *l.* unum
— 270 *v.* 15 τὴ *l.* τὸ
— 273 *v.* 10 *a fine* iingulos *l.* singulos
— ibid. *v.* 9 *a fine* spsum *l.* ipsum
— 280 *v.* 5 *a fine* aciendum *l.* faciendum
— 281 *v.* 8 *a fine* sextus *l.* textus
— 290 *v.* 14 πεπερασμένη *l.* πεπερασμένην

P. 292	v.	6	*a fine* ad	*l.*	at
— 293	v.	13	*a fine* es,	*l.*	est
— ibid.	v.	8	*a fine* Euclidea et	*l.*	*Euclideae*
— ibid.	v.	2	*a fine* a	*l.*	at
— 294	v.	9	τὸ	*l.*	τῷ
— 298	v.	12	*a fine*: trianguli	*l.*	rectanguli
— 301	v.	10	*a fine verba*: sunt *EI,IZ*, et *AE deleantur.*		


T.XI.
286.
F.292.
F.295.
F.296.



A
Θ
B
K
Θ
Δ
F.307.
E
A
B
A
H
B
C
G
M
N
A
E
H
A
K
Γ
E
Z
A
B
Γ
F.317.